






UNIVERSITY of MICHIGAN
GENERAL LIBRARY
OCTAVIA WILLIAMS BATES
BEQUEST


UNIVERSITY of MICHIGAN
GENERAL LIBRARY
OCTAVIA WILLIAMS BATES
BEQUEST



Philes, Manuel

MANVELIS PHILAE
CARMINA GRÆCA,

MAXIMAM PARTEM

E CODICIBVS AVGVSTANIS ET OXONIENSIBVS NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODVCTA, ALIQVA ETIAM ITERVM PVBLICATA; OMNIA NVNC IN VNVM, EXCEPTO POEMATE DE ANIMALIBVS, COLLECTA, EMENDATA, LATINE INTERPRETATA, ET ANNOTATIONIBVS ILLVSTRATA:

ACCEDIT

IGNOTI POETAE ANTIQVIORIS CARMEN

IN

S. THEODORVM

EX

AVGVSTANO CODICE

NVNC PRIMVM EDITVM:

PRAEMITTITVR

DISSERTATIO

DE PHILAE VITA, AETATE ET SCRIPTIS,

CVRA

GOTTLIEB WERNSDORFII.

LIPSIAE,

APVD B. C. BREITKOPF. ET FIL.

A. MDCCLXVIII.

VIRO DOCTRINA

EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO

ET

AMPLISSIMO

ANTONIO ASKEW,

M. D.

COLLEG. MEDIC. LONDINENSIS SOCIET. REGIAE ET ANTIQVARIAE SOCIO, ACADEMIAE LITERARVM POLITIORVM APVD PARISIENSES SODALI

L. M. Q. D. D.

G. WERNSDORFIVS.

Si quem noſſem, qui magis, quam TU, doctiſſime ASKEW, graecarum literarum ſtudio et veterum ſcriptorum codicibus delectaretur, non iuberem vltra mare hunc ἀνέκδοτον Philen in Britannos proficiſci. At mirificus TVVS antiquitatum graecarum amor, omniumque graecarum literarum, quae latiſſime patent, ſumma peritia, qua otium TVVM oblectas et quam cum naturae omnis cognitione ac ſalutaris artis tractatione ſolertiſſime coniungis, itemque inſignis bibliothecae graecae TVAE apparatus et membranarum veterum opulentia, quam ex itineribus ἱστορίας ἕνεκα per Graeciam, Aegyptum, Aſiam Italiamque confectis, non minore, credo, felicitate et iudicio et rerum ſcientia, quam diuitiarum TVARVM praeſidiis et ingentibus pretiis comparatam et vndecunque comportatam retuliſti, adeo vt codicum manu exaratorum copia principum theſauros aequare videaris; praeterea officioſiſſimae humanitatis TVAE magnitudo, quam et

meis ſtudiis impendiſti, ab literatiſſimo et incomparabilis humanitatis mercatore Kenwortheio ſaepe mihi praedicatam, facile me ad admirationem TVI et communitate ſtudiorum nutritam beneuolentiam prouocant, vt neutiquam dubitem, Philen hunc, e britannicis bibliothecis maxima ſui parte productum, ad Britanniae decus mittere nominique TVO inſcriptum codicibus graecis TVIS appendiculam addere. Accipies vero TV hoc, non munus, ſed obſeruantiae meae pignus exporrecta fronte, idque nec ſcriptoris ipſius aut vetuſtate aut praeſtantia, quae mediocris eſt, nec ſtudiorum, quae in eum ornandum contuli, elegantia, quae nulla eſt, ſed animi TIBI addictiſſimi voluntate metieris. Sic laetus interſis rebus humanis quam diutiſſime, patriam et literas porro ornes virtutibus, meritis, operis, et famae TVAE fructum capias fortunae omnis tranquillitatisque et meritae auctoritatis ſtabilitatem. Vale! Scr. Gedani in Pruſſis a. d. IV. Kal. April. A. MDCCLXVIII.

PRAE-



PRAEFATIO.



Facturusne operae pretium ſim, ſi MANVELIS PHILAE carmina ediderim, nec ſatis ſcio, nec, ſi ſciam, dicere auſim. Iis certe quidem lectoribus, qui conſueſcere cum Heſiodis, Theocritis, Libaniis et Platonibus malunt, ſordere facile poterunt carmina multo diſſimilis ſcriptoris, ſiue aetatis auctoritatem ſpectes, ſiue ingenii acumen, ſiue argumentorum dignitatem, ſiue etiam ſtili et modorum formam. Tamen eiusdem hominis longum carmen *de animalibus*, ſcio, variis temporibus et a multis eruditis curatum ac decies editum, reperiſſe lectores nec prorſus iacuiſſe contemtum. Ioachimum Camerarium, elegantiarum graecarum arbitrum, ſcio, in eodem libro exornando elaboraſſe. Io. Alb. Fabricium, ſummum virum et qui naſum atticum ha-

beret, ſcio, dignum habuiſſe hunc Philam, cuius et integraret carmen de animalibus et ederet primus noua carmina. Etiam Leonem Allatium et Doruillium et Cotelerium, ſcio, non refugiſſe a legendis et edendis huius poëtae ſcriptis; vt prorſus habeam inſtituti mei auctores non ſordidos. Praeterea non ſunt omnis ingenii leporisque expertes aetatis citerioris ſcriptores: non ſunt plane infructuoſi aut inutiles, cum ad cognoſcendam hiſtoriam Byzantinam et ſaepe ad hiſtoriam literariam videantur neceſſarii: non ſunt contemnendi denique, vt communes Europae vniverſae magiſtri, quorum ſtudiis conſeruatae quondam eruditae diſciplinae fuerunt et poſthac etiam in Occidentis partibus reſtauratae. Denique fuit iſte Philes, ſua ſaltim aetate, doctiſſimus homo et uaria tinctus bonarum artium cognitione: vnde etiam τȣ σοφωτατȣ cognomen paſſim tulit. Quod ſuperſtitionibus aliquantulum deditus videtur, fabuloſis prodigiis temere credendis, imaginum cultu probando, viros ſanctos diis adaequando, id non tam deſipienti ingenio, quam ſaeculi corruptelis et eius coetus, cuius ſacris addictus fuit, communibus erroribus tribuerim.

II. Huius igitur ſcriptoris carmina, quaecunque indagare et conquirere potui, omnia

con-

coniunctim edere constitui, excepto libro de animalibus toties iam publicato. Eorum nonnulla dudum lucem viderunt, de quibus non aliter, quam ea emendando et interpretando, mereri potui. Alia, hucdum ἀνέκδοτα et magna ex parte prorsus ignorata, primus publici iuris facio. Duo eorum, (namque primum omnium carmen est vetustioris poëtae,) produco ex *codice Augustano*, qui ad ipsius Philae aetatem quam proxime videtur accedere et ex quo etiam Aeneae Gazaei dialogum et Himerii Sophistae tres declamationes descripsi. Haec duo, nostrae editionis secundum ac tertium, ab omnibus eruditis, qui Philaë mentionem fecerunt, video, fuisse ignorata, quod nempe codex ille bibliothecae Augustanae in paucorum notitiam venerat. Etiam Io. Henr. Maius in bibliotheca Vffenbachiana p. 587. qui eadem ex apographo Steinheiliano nactus fuerat, nesciit, Manuelis Philae ea esse. Ex ipso autem codice, qui vnus eadem ab interitu seruauit, ea, qua potui, diligentia et accuratione descripsi, vt fidem omnium lectionum et syllabarum ipsarum praestare ausim. Alia duo, nempe quartum et quintum, pariter ἀνέκδοτα, tamen eruditis viris bene cognita, profero ex apographo Reimariano. Ea videlicet seruata sunt ab Oxoniensi *codice Bodleiano* CCCLXIV. qui in Catalogo MSS. bibl.

Bodleianae p. 436. memoratur, et quem Ill. Thomas Roë, Eques auratus et Britannorum apud Turcos legatus, Cpoli in Angliam asportatum isti bibliothecae intulit et quem Io. Christoph. Wolfius optimum codicem nominare non dubitat. Is maius opus *de animalibus* continet et minora, quae nunc a me eduntur, aut a Fabricio edita fuere, fere omnia. At turbari lector eo poterit, quod legitur apud Auctorem Miscellanearum Obseruationum to. VI. p. 158. nempe in codice Bodleiano 3078. quem Angelus Vergerius scripsit, praeter edita *extare quaedam non edita*, sed codicem Roëi, *qui maximam partem cum priore illo consentiat, nihil eorum habere, quae in eodem praeter edita leguntur*. Quae recte sunt intelligenda; nempe sermo est non de carminibus Philae, sed de particulis libri de animalibus, quas in antiquioribus editionibus omissas primus vulgauit Fabricius et posthac editioni suae inseruit Io. Cornelius Pauo: has, non editas, particulas ait ille extare in codice 3078. Vergeriano, non extare in codice 364. Roëano. Sed alia carmina Philae, praeter librum de animalibus, in hocce Roëano reperiri, non Wolfio solum testi credo, sed ipsi quoque illi Obseruationum auctori, qui se ait *Carmen de Bombyce ex codice Roëi descripsisse*. Ex hoc igitur codice Bodleiano Roëi laudatus Wolfius, immortale

mortale Hamburgi decus et meus quondam amicus, cum in Britannia peregrinaretur, ſibi deſcripſit ἀνέκδοτα Philae carmina, vt aliquando ederet. Redux apographum ſuum communicauit cum Fabricio, qui ex eo nonnulla diuulgauit in Bibliotheca Graeca, imo omnia, quae Wolfianum ectypum contineret, praeter duo maiora carmina, nempe quartum et quintum, noſtrae editioni reſeruata. Indidem, ſiue ex Wolfiano, ſiue e Fabriciano, eadem plane ἀνέκδοτα ſibi olim deſcripſit Celeberrimus Humaniſſimusque vir HERMANVS SAMVEL REIMARVS, Fabricii gener, qui, vt ſolet mihi meisque ſtudiis fauere, ſuum apographum beneuole mihi conceſſit. Inde igitur nunc primus foras do carmina duo Philae. His quatuor ἀνεκδότοις Philae carminibus adiicio aliud ἀνέκδοτον prorſusque ignoratum carmen, noſtrae editionis primum, in ſupra laudato codice Auguſtano repertum, quod centum annis antiquius eo tempore ſcriptum eſt ab ignoto poëta, quo Cpolis adhuc a Latinis tenebatur. Caetera carmina, nempe ſextum vsque ad tertium et decimum, a Phila auctore profecta, a variis editoribus dudum vulgata, ſed per multos libros diſperſa, eo conſilio illis ſubieci, vt et emendatiora prodirent, cum neque Fabricius neque alius vllus lectionum emendationem tentauerint,

et vno volumine comprehensa minus ignorarentur.

III. Prius autem, quam Philam ipsum exhibeam, de eius vita et scriptis pauca praefabor. Alii iique *varii* memorantur Philae; quosdam quoque eorum iam nominauit Fabricius, (in Bibl. Graeca to. VII. p. 695.) nempe: 1) EVMOLPVM PHILAM. At verisimilis mihi videtur Casimiri Oudini (de scriptoribus ecclesiasticis to. III. p. 842.) coniectura, id non pronomen, sed poëtae ἐυμόλπȣ et canori elogium esse, adeo vt, quae de Eumolpo Phila commemorata leguntur, ad nostrum Manuëlem referri debeant. Proferunt etiam 2) THEODORVM PHILAM seu Philam Theodorum, circiter anno 1261. legationibus functum sub Michaële Palaeologo, (Conf. Hanckium de scriptoribus Byzant. Pr. cap. 33. pag. 552.) postea ab Zagoromita Georgio oculis priuatum, teste Georgio Logotheta. (Chron. Constantinop. pag. 51.) 3) Fuit quoque MICHAEL PHILE saeculo XII. sub Comnenis clarus, cui postea nonnulla carmina vindicaturus sum. 4) IOANNEM PHILAM claro genere prognatum laudat Ioannes Cantacuzenus, (Hist. Rom. lib. IV, 32. p. 669.) hominem pium ac tum ab omnibus remotum negotiis domique vitam quietam secutum, eumque ait cum aliis amicis An.

1357. adhibitum ad conciliandum Ioannem Palaeologum cum Matthaeo Cantacuzeno; Huic otioso homini Lambecius tribuit varia carmina, forte, quod Manuelem ignorabat et Ioannem Philam ex Cantacuzeni scriptis norat. 5) Fuit etiam sub Andronico seniore circ. A. 1390. fortissimus belli dux Turcorumque pestis PHILE PALAEOLOGVS, teste Nicephoro Gregora hist. Byz. lib. VII. p. 184. seu cap. 10. p. 163. 6) Noster denique poëta MANVEL PHILES ab illis omnibus differt, de cuius vita et scriptis nonnihil referunt Conr. Gesnerus in Bibliotheca pag. 688. Guil. Caue hist. litterar. eccles. saec. XIII. pag. 655. Oudinus de scriptor. eccles. tom. III. p. 841. et qui omnes alios doctrina et accuratione vicit Fabricius bibl. Graecae tom. VII. pag. 695. Postremus autem libri de animalibus editor Io. Cornel. Pauw de vita eius quicquam afferre dignatus non fuit, siue quod nil sciret, siue quod Philam suum antiquum scriptorem et Nicandro aut Anacreonti parem existimari cuperet.

IV. Fuit autem MANVEL PHILES domo Ephesius, (teste codice Scorialensi apud Cotelerium monument. eccles. Gr. tom. III. pag. 675.) eruditus tamen Constantinopoli a Georgio Pachymere, quem *magistrum* nominat. De familia eius nihil reperio; non

non ignobilem tamen fuisse, ex eo colligo, quod τȣ Κυρȣ appellationem eius nomini video adiici. Captauit tamen opulentiorum et potentium gratiam iisque adulatus humiliter est. Ab Ioanne Cantacuzeno, tum Magno Domestico, quem insanis effert laudibus, beneficium et pro carmine mercedem variis vocibus extorquere laborat, saepe manifestis, vt v. 956. saepe obscurioribus, vt v. 584. Pariter carmine IV, 86. ab Imperatore poscit alimenta, quamuis nolit videri ea poscere. Item carmine IX. finiente queritur de veste trita et nuditate corporis, poscitque vestimentum; et in Carm. VIII, 15. non negat se, tanquam canem fidelem, ex herili mensa Imperatoris micam aliquam panis exspectare: quibus verbis aut famelicus poëta aut pusilli ingenii homo proditur. Neque tamen multum adulando placuit satis: namque Imperator, quem Andronicum seniorem fuisse puto, verbis nonnullis, quae ille in Chronographia de ipsius laudibus scripserat, offensus in vincula eum coniecit. Captiuitatem suam ipse memorat Carmine X, 1. Fabricius (bibl. Graec. tom. VI. pag. 618. f.) in exilium scribit actum fuisse, male intelligens Carminis VII. inscriptionem. Cum vero in libertatem vindicari cuperet, iureiurando confirmare debuit, nil contumeliosum in

Augustum a se fuisse unquam scriptum; quod iusiurandum Carmine VII. continetur. Amico Philes usus fuit Phacrasa Logotheta et Maximo Planude, qui tum maxime eruditionis fama clarebat, patrono etiam Io. Cantacuzeno. Constantinopoli, in ipsa regia vrbe aetatem eum triuisse, ex carminibus eius satis intelligitur. Quod vitae institutum secutus fuerit, mihi incertum est. Non tamen aut sacerdos aut monachus fuisse videtur, sed aut priuatus nobilis, qui ex carminibus suis victum quaereret, aut aulicus homo, in officio minore ac parum honorato constitutus.

V Quibus potissimum annis floruerit, non tam obscurum est, quam ob discrepantes eruditorum sententias incertum videri potest. Alii enim paullo antiquiorem faciunt, Doruillius nimis nouum. Caueus et Oudinus ad finem saeculi XIII. referunt, obseruantes, librum de animalibus inscriptum esse Michaëli Imp. quem existimant esse illum Michaëlem VIII. Palaeologum, qui anno 1262. Cpolin recuperauit atque in ea vrbe vsque ad Ann. 1282. imperauit. At ille, cui Philes librum dicauit, ab ipso *πατρος αυσοναρχε φιλτατος αναξ* nuncupatur, neque solum a suis, sed etiam a magni patris virtutibus meritisque commendatur. Quae profecto in istum Michaëlem senio-

feniorem non conueniunt, quippe qui primus auguftam dignitatem in domum familiamque fuam intulit, impia factione primus e nobili Palaeologorum gente Auguftus appellatus, Lafcarum familia, quae tum regnabat, violenter ac perfide oppreffa. Itaque αὐτοναρχην patrem non habuit. Praeterea is Michael nimis remotus ab aetate Io. Cantacuzeni eft, quem iam Magni Domeftici honore fulgentem Philes Carmine V. celebrauit. At vero Cantacuzenus non ante annum 1328. quo Andronicus iunior Cantacuzeni amicus imperare coepit, eius officii dignitate inclaruit: et multa iam fortiter ab eo contra barbaros facta eo carmine memorantur, vt poft annum certe quidem 1330. id carmen editum videatur, quo tempore poëta, fiquidem iam fub ifto Michaele floruiffet aetate, octoagenarius fenex fuiffet.

VI. Longe aliter calculos fubducit Phil. Iac. Doruillius in Obferuationibus Mifcellan. Amftelod. to. II. p. 425. vbi Pauonem, gloriofum et indoctum Philae editorem, caftigat. Credit enim, Manuelem Philam circiter anno 1320. natum, iuuenemque innotuiffe Maximo Planudi iam fenefcenti, quem anno 1353. diem fupremum obiiffe ait, ac proinde Philam floruiffe fub Io. Cantacuzeno Imp. et Manuele Palaeologo, qui

anno 1419. imperium amiſerit, quin eidem Imperatori Manueli carmen de animalibus dedicaſſe. Quod poſtremum quale ſit, vix capio. Affirmat Doruillius (pag. 428.) poëma illud inſcriptum eſſe Manuëli *et in membranis hoc opuſculum dedicatum conſpici Cptano imperatori Manuëli Palaeologo iuniori his verbis:* τȣ φιλη κυρȣ Μανȣηλ ςιχοι ἰαμβικοι περι ζωων ἰδιοτητος, εις τον βασιλεα Κυρον Μανȣηλ παλαιολογον τον νεον. Neglexit obſeruare vir ſummus, in editionibus legi aliter, nempe βασιλεα Κυρον Μιχαηλ· eaque lectio vera putanda eſt, ſiquidem verum eſt, quod Doruillius (p. 444.) aſſumit, primum illius libri editorem Arſenium Monembaſienſem *unum et quidem archetypon exemplar Philae penes ſe habuiſſe:* quod poſtremum tamen verum non eſt, cum Bodleianus codex Vergerii longe locupletior ſit, vt ex eo Arſenii editio integrari potuerit. Cum igitur Doruillius id, quod maxime monendum fuiſſet, praetermiſerit, quin etiam cum apud Fabricium (B. Gr. to. VII. pag. 696.) ſeu potius apud Cotelerium, (monument. eccl. Gr. to. III. p. 675.) vnde illud *membranarum* teſtimonium petitum eſt, nomen Michaëlis Imp. pariter extet, non crediderim, hac in parte *membranas* diſcrepare ab editionibus, potius ipſum magnum virum humano errore in lectione

b eius

eius nominis alucinatum, Manuëlem pro Michaële scripsisse. Idem animaduerto accidisse Oudino, (p. 841.) bis ponenti nomen Manuëlis Palaeologi, qui an. 1282. vitam et imperium reliquerit, intelligenti tamen Michaëlem seniorem. Ex ista tamen Dorvillii ἀβλεψία prorsus pendet, quicquid de aetate nostri Philae assertur. Neque omnino verum est, quod Doruillius (p. 428.) perhibet, Manuëlem hunc an. 1384. imperare coepisse: nam an. 1392. demum coepit. Praeterea appositum epitheton, τὸν νέον, Manuëli Palaeologo minime conuenit, cum nullus vnquam fuerit Manuel Palaeologus senior. Namque Manuel ille superior, qui medio saeculo XII. regnauit, ex Comnenorum fuit gente. Denique ista temporum computatio non poterit conciliari cum aetate Georgii Pachymerae, cuius magistri sui funus Philes iambis condecorauit. Pachymeram enim vix vltra annum 1310. vitam produxisse, docet Fabricius, (B. Gr. to. VI. p. 458.) quippe natum anno 1242. vt volunt Du Pin (biblioth. des auteurs eccl. tom. X, p. 95.) et Hanckius. (de scriptor. Byzant. cap. 34. p. 566.) Vt taceam, obstare aetatem Phacrasae, vt post dicetur, ipsiusque Cantacuzeni, quem non potuisset videre Magnum Domesticum, si demum A. 1320. natus fuisset. Vnde prorsus nego, fieri potuisse

potuiſſe, vt Philes imperium Manuëlis Palaeologi viuendo attigerit.

VII. Inter haſce potius ſententias ego medius, Philam ineunte ſaeculo XIV. floruiſſe exiſtimo ſub Andronicis Palaeologis, natum circiter A. 1275. et circiter A. 1340. fato functum. In hocce enim temporis ſpatium conſentiunt omnia, quae de eo relata legimus. Magiſtro Pachymere uſus fuit Cpoli, finiente Saec. XIII. Carmen de animalibus ſcripſerit forſan An. 1310. idque dedicauit, vt rectiſſime vidit Du Cangius (notis ad Nicephorum Gregoram lib. VII. p. 735.) et Fabricius, (to. VII. pag. 696.) Michaëli iuniori Palaeologo· ἐις κυρον Μιχαηλ παλαιολογον τον νεον, qui et ipſe ἀυσοναρχης et πατρος ἀυσοναρχȣ φιλτατος ἀναξ fuit, quod in carmine legitur. Eſt hic MICHAEL iis modo notus, qui ex fontibus ipſis hiſtoriam haurire didicerunt, vt proinde mirandum non ſit, ob eius imperatoris ignorationem, ignoratam fuiſſe veram Philae aetatem et carmen illud ad Michaëlem ſeniorem, eius auum, a plerisque perperam relatum. Fuit uero hic Michaël ὁ νεος, filius natu maior Andronici ſenioris ex Anna Hungarica atque a patre iam A. 1295. in imperii ſocietatem aſcitus, pugnauitque aliquoties cum Turcis, ſed mor-

tuus ante patrem fuit anno 1321. ſeu anno graeco 6829. Theſſalonicae relicto Andronico filio, qui poſtea auo Andronico ſeniori ſucceſſit. Vide Du Fresne familias Byzantin. cap. 40. p. 236. Eum conſtanter βασιλεα et αὐτοκρατορα ſcriptores vocant, Pachymeres et Gregoras lib. VII. et Cantacuzenus lib. I, 1. p. 11. Βασιλευς Μιχαηλ συμβασιλευων Ἀνδρονικῳ τῳ βασιλει και πατρι. Quidam etiam MICHAELEM PALAEOLOGVM TERTIVM appellant, vt Nicephorus in chronographia iambica. Parente autem viuo eum imperaſſe, ſatis perſpicue praefatio libri ſeu dedicatio oſtendit Porro meam temporum deſignationem id egregie firmat, quod caetera Philae carmina intra annum 1300. et 1336. confecta eſſe, apparet. Carmen in Mich. Glabam primum eius opus videtur eſſe et vtinam iam vulgatum legi poſſet! Eo exponit de rebus geſtis Glabae, quem fortiſſimum virum ſub Andronico ſuperiore Magnum Conoſtablum et Protoſtratorem fuiſſe, docet Nicephorus Gregoras lib X. p. 341. et lib. VI. p. 113. Eodem fere tempore, ni fallor, epitaphium ſcripſit in Phacraſem. Hunc, caue, putes eſſe illum Georgium Phacraſen, qui imperante Cantacuzeno circ. 1344. Protoſtratoris dignitate functus fuit, teſte Niceph. Gregora lib. XII. 16. p. 391. et ipſo Cantacuzeno lib.

III, 95.

III, 95. p. 681. lib. IV, 26. p. 814. Namque in iambis Philae Protoſtrator non vocatur. Intelligitur potius Ioannes Phacraſes, logotheta, ad quem Planudes et Gregorius Cyprius, homines ſub Andronico ſeniore clari, epiſtolas ſcripſiſſe commemorantur, (apud Fabricium B. G. to. X. pag. 542.) et quem Michaël ſuperior, ingeniorum intelligendorum probe gnarus, Magnum Logothetam creauit, filius autem eius, παις βασιλευς πατροθεν ευρημενον, Andronicus nempe ſenior, in eadem ſtatione reliquit, vt in carmine XII. dicitur. Cum non alius filius hiſce temporibus ſucceſſerit patri, quam Andronicus ſenior Michaëli, patet, ſub hoc Andronico iſtum Logothetam floruiſſe. Denique, quaecunque Philae carmina IMPERATORI inſcribuntur, conuenire Andronico ſeniori, facile doceri poteſt et ſuo loco in prologis carminis III. et VII. et VIII. docebitur. Cum rationibus meis conſpirat etiam carmen V. in Cantacuzenum, adhuc Magni Domeſtici poteſtate conſpicuum. Eo anno, quo Michaël iunior diem ſupremum obibat, Cantacuzenus adhuc παρακοιμωμενος ſeu praefectus cubiculo Andronici iunioris erat, eoque ſe adhuc nomine nuncupat ipſe lib. I, 2. p. 13. adeo, vt ante A. 1322. id carmen non poſſit eſſe confectum. Paullo tamen poſt ad Domeſtici officium admouebatur,

 anno

anno forsan 1324. incipiente iam inter auum et nepotem discordia; teste Niceph. Gregora lib. VIII. pag. 208. et ipso Cantacuzeno l. c. pag. 14. Ipse semper a partibus nepotis stetit, plurimumque momenti consilio industriaque sua rebus eius attulit, ac tam familiariter cum eo conuixit, vt iuuenis Imperator eum collegam asciscere vellet, teste ipso Cantacuzeno lib. II, 9, p. 223. ac tandem, imperii societatem constanter recusantem, filiorum impuberum tutorem regnique administratorem constitueret, quod ipse narrat lib. II, 14. p. 241. Quam gratiosus vero erat apud nepotem, tam exosus ipsum erat imperator senior, qui eum una cum rebelle nepote hostem patriae declarabat. Vnde vix credibile est, ante annum 1328. quo nepos auum captum imperatoria purpura exuit et Cantacuzenus sub eo unus imperatoriam auctoritatem, quamuis sine nomine, tenere coepit, Philam ausum fuisse, Domesticum illum celebrare carmine. Quin ex ipso carmine intelligitur, iam regnante nepote id scriptum fuisse. Namque Cantacuzenus contenditur cum aquila Solem intuente, quia semper augustum iubar Imperatoris e propinquo comitetur et quia unus rerum summam habeat in manibus. Celebrantur quoque eius res gestae aduersus barbaros, auspiciis Andronici iunioris; vt prorsus ante

an. 1330, aut 1336. nequeat illa ἡ ἱστορία in Cantacuzenum esse scripta. Tandem conuenit etiam cum meis temporum rationibus aetas Maximi Planudae, cuius epistolam ad Philem Doruillius exhibet.

VIII. Aetatem Manuelis Philae iam tenemus. Videamus de *eius scriptis*. An quid soluta oratione scripserit, nescio: nam quae mihi innotuerunt, *poëmata* sunt, sed qualia ab eius aetate exspectaueris, *politico metro* confecta pleraque: quod quamuis iambicum appellatur, non tamen iambis pedibus currit, sed syllabarum numero dimensum est: de quo conferas If. Vossium de viribus rhythmi p. 21 sq. et Doruillium l. c. p. 432 sqq. Cum autem plura huic poëtae, seu versificatori potius, perperam adscribantur, germana eius carmina, de quibus saltim, an parentem habeant Manuelem, dubitandi causam non inuenio, haec fere ad notitiam meam peruenerunt, partim edita, partim perdita, partim in bibliothecis tinearum adhuc ludibrio obnoxia: quamuis nullus dubito, quin multo plura, quam ad meam notitiam peruenerunt, scripta supersint, cum in Montfauconii bibliotheca Manuscriptorum passim opuscula Philae notata videam. Primum eius edita aut nunc edenda poëmata haec sunt.

 1) Ἀδϋ-

ſcriptum, ſed mutilum ac forſan vix dimidium: quod lucem debet Allatio exercitat. adv. Creigtonum de concilio Florentino p. 702. iteratis typis excuſum a Fabricio B. G. tom. X. p. 542. atque ex eo tertium a nobis editum carm. XII.

11) Duae *inſcriptiones templi Seruatoris Euergetae*, memoratae ab Oudino ex Labbei bibliotheca noua Manuſcriptorum, et duobus codicibus regiis Pariſinis ſeruatae: quas ex Cangii Cpoli chriſtiana depromtas damus carmine XIII. ſed reconcinnatas et quaſi ex chao productas.

12) Praeter haec paullo maiora carmina etiam proſtant nonnulla poëmatia, nulla mole conſpicua, vt α) tetraſtichon *in thecam crucis*, β) duo epigrammata *in Ioannem Chryſoſtomum* γ) *preces ad Spiritum S.* δ) ſex tetraſticha *in martyres*, Theodorum, Demetrium, Georgium et Neſtorem, ε) epigramma *in fontem Peganum*, ϛ) epigramma *in Abrahamum* S. Triada hoſpitio excipientem: quae omnia, iam edita ab aliis, carmine VI. et X. denuo exhibemus.

IX. In perditorum carminum numero praeter finem epitaphii in Phacraſem collocare debemus *chronographiam*, cuius cauſſa poſthac in carmine noſtro VII. culpam iureiurando

iurando deprecari debuit. Aliorum, quae perierint, nullam memoriam accepimus.

X. Tertia classis est eorum, quae seruata quidem ad nostram aetatem peruenerunt, sed neglecta in bibliothecis iacent, nondum vulgata: cuius generis sunt:

1) In bibliotheca Scorialensi Hispaniae *iambica carmina* varia, teste Cotelerio monument. eccl. tom. III. p. 675. quae sic inscribuntur: Μανȣὴλ Φιλῆ τȣ̃ Ἐφεσίȣ στίχοι ἰαμβικοί.

2) In codice bodleiano Roëi carmen sepulcrale *in Asaninam*: cuius rei auctorem habeo vnum Wolfium, in cuius scheda haec reperi: „Ἠθοποιΐα· hoc carmen efficit no-„vem folia in Folio. Deinde alia eiusdem „Philes sequuntur, ex.gr. Funebre in foemi-„nam quandam, cui nomen erat Asaninae. „Varia ibidem eiusdem epigrammata lege-„bantur, sed non magni acuminis aut in-„genii.„

3) In bibliotheca Caesarea latent *tetrasticha in Psalterium*, teste Lambecio lib. V. cod. 246. p. 117. quae incipiunt: τȣ̃ κιθαρῳδȣ̃ μὴ παρόντος ἐνθάδε. Eadem memorantur a Caveo, Oudino ac Fabricio.

4) Ibidem sunt *nouem hypotheses* seu epigrammata *in Gregorii Nazianzeni orationes* I--

VIII.

VIII. et XVIII. ſic inſcripta: ϛιχοι ἰαμβικοι τȣ Φιλη ἐις τȣς λογȣς τȣ Θεολογȣ, teſte Lambecio lib. III. cod. 80. p. 184. Primum horum epigrammatum ex Lambecio repetimus carm. X.

5) *Canon in Nicolaum*, ex quo verſus nonnullos excitat Allatius libro contra Hottingerum p. 179. laudatus a Caveo.

6) Poëma hiſtoricum *de rebus geſtis Michaëlis Glabae*, Pariſino codice ſeruatum, quod edere voluit Io. Boivinus in tomo IV. operum Nicephori Gregorae, teſte Fabricio B. G. tom. VI. p. 322. et Oudino tom. III. p. 785. Nunc id adhuc, quod doleo, deſideratur.

7) Tetraſtichon *in S. Mariam* habetur Vindobonae, teſte Lambecio lib. VIII. cod. 50. p. 466. ſic inſcriptum: τȣ σοφωτατȣ Φιλη τετραϛιχον ἐις την ὑπεραγιαν θεοτοκον. Principium eius eſt: ἁγνη κορη ζης etc. Memorat Caveus p. 655. et Fabricius B. G. tom. VI. pag. 485.

XI. Sunt denique nonnulla, quae ſub Manuelis Philae nomine ambulant, tamen eius profecto opera non ſunt. Huc refero quaedam edita a Fabricio tom. VII. pag. 712. nempe 1) *Iambos epitaphios in Irenem Auguſtam*, quam ipſe autumat fuiſſe Io. Cantacuzeni coniugem: ſcilicet quia alius Ioannes

Irenes

Irenes maritus, viuente Phila, non regnauit. Aegre diſſentio ab I. A. Fabricio, cuius memoria mihi ſancta eſt, et cuius ingenium ac virtutes et illuſtriſſima in remp. literariam merita, ſi quisquam alius, ego certe quidem maxime veneror. At hac in re eum video nimis indulſiſſe praeconceptae opinioni, qua carmen id Philae adſcribebat, neque ſatis perpendiſſe, vtrum, quae in ipſo carmine legantur, Irenae Cantacuzenae conueniant. Taceo, incertum plane eſſe et mihi quidem vix veriſimile, Philam vsque ad mortem huius Irenae vixiſſe. Ea enim poſt abdicationem mariti an. 1357. in coenobium conceſſit ac diu poſt diem obiit ſupremum: quo tempore Philam prope nonagenarium fuiſſe neceſſe eſt. Obſtant grauiora. Haec enim carminis Irene dicitur ἐκ βασιλεων ἀρχης δυσμικης procreata: maritus eius vocatur Ioannes porphyrogenneta, Alexiades, qui ſtirpem ex Comnenis ac Ducis ducat: ipſa dicitur quatuor filios totidemque filias peperiſſe, et tandem in Bithynia, aſſumto coenobitarum cultu, mortua, ſed inde Cpolin translata. Horum nihil omnino in Cantacuzenum quadrat, quippe qui priuatus Irenem ſuam ex priuatis parentibus procreatam, Andronici Azanis protoveſtiarii filiam, duxit, (vide Cangium de famil. Byzant. c. 43. p. 258.) neque Alexii filius fuit neque vlla cognatione Comnenos

mnenos Ducasque attigit, nec porphyrogenneta appellari potest, ex priuatis hominibus natus: ipsa denique Irene non potuit in Bithynia, quae tum iam tota Turcis parebat, diem supremum obiisse. Potius, vt verbo dicam verum, carmen illud scriptum est saeculo XII. in Irenem, Vladislai Pannoniae regis, adeoque δυσμικης αρχης, filiam, teste Io. Cinnamo lib. I. p. 8. quae diem in Bithynia obiit an. 1124. nupta Ioanni Comneno, Alexii Imp. filio, porphyrogennetae, qui ab an. 1118. vsque ad 1143. feliciter regnauit, ex eaque, vt docet Nicetas Choniates lib. I, 5. p. 19. quatuor filios sustulit, quorum minimus natu Manuel patri successit. Conf. Cangium fam. byzant. p. 179.

2) Carmen *in Alexium ac Ioannem*, filios Isaaci porphyrogennetae τȣ σεβαςοκρατορος, in pueritia extinctos, ibidem Fabricius edidit. Sed nullus σεβαςοκρατωρ Isaacus temporibus Manuelis Philae occurrit, potius intelligitur Isaacus Comnenus, istius Ioannis Comneni frater, ab quo Trapezuntini imperatores stirpis suae originem repetebant et cuius memoria extat apud Nicetam Choniatem lib. I. p. 10. Recensens quidem prosapiam huius Isaaci Cangius (cap. 29. p. 190.) duo pueros istos praeterit; sed mirum non est, puellorum in infantia mortuorum memoriam nullam apud historicos reperiri. Ex

his

his poteſt ſatis tuto colligi, horum duorum carminum parentem non poſſe eſſe Manuelem Philam. Veruntamen Montfauconus in palaeographia graeca p. 303. ex codice quodam vetere ſubſcriptum producit nomen Μιχαηλ ἱερεως τȣ Φιλη, qui ſub imperio Ioannis Comneni vixerit. Vnde ſuſpicio oritur veriſimillima, hunc *Michaëlem Philam* iſtorum carminum verum auctorem eſſe.

XII. Diximus de Philae ſcriptis, ſiue germanis, ſiue ei ſubiectis. Reſtat, vt quid in faſciculo eius germanorum poëmatum hocce ſit a nobis praeſtitum, paucis exponamus. Primum collegi omnia, quae potui. Collecta exhibeo ea, qua decet, fide et accuratione, nil mutans in corpore ſcripturae, nil indulgens coniecturis, ſed, qualem reperi lectionem ſiue in codicibus et ſchedis manu exaratis, ſiue in libris editis, talem fideliter transſcribens. Nihilominus id omni egi ſtudio, vt caſtigarem et emendarem lectiones: quod aut in ora libri aut in ſubiectis annotationibus feci, emendandi quoque rationibus, ſicubi neceſſe eſſet, additis. Porro graecae ſcripturae iunxi interpretationem latinam vbique, non qua verbum verbo reddatur, ſed poëtae mens dilucidetur. Semel in paruo poëmate licuit translationem Cotelerii retinere: caetera omnia omnino non-

dum

dum erant latine reddita. Denique ſingulis carminibus ſubieci annotationes neque nimis multas nec nimis longas, quibus illuſtretur ſenſus ſcriptoris, quantum neceſſe ſit, ſaepe etiam explanentur verba, praecipue vera lectio conſtituatur a mendis repurgata. Philologicis commentationibus ſuperſedere potui in ſcriptore, quem nemo, opinor, graeci ſermonis cauſa lectitabit; ſingulares tamen eius locutiones, quas cum lexicis alii ſcriptores ignorant, et citerioris aetatis propria vocabula, qualia e Cangii gloſſario diſcenda ſunt, non neglexi ſubinde annotare et explanare. His fruere, vt lubet, amice lector, ſi paruum munus non ſpernis, quod iam a nobis habes. Scripſi Gedani in Pruſſis, a. d. VIII. Martii Anno cIↃIↃCCLXVIII.



I. CAR-

I.

CARMEN IGNOTI POETAE IN S. THEODORVM.

A



CARMEN IGNOTI POETAE IN S. THEODORVM.



INTRODUCTIO.

Manuelis Philae poëmatibus praemitto ἀνέκδοτον carmen ignoti poetae saeculi XII. ex Augustano codice depromtum. Id, quod inscriptio docet, S. THEODORO martyri devotum est. Fallitur enim Io. Henr. Majus, (in catalogo MSS. Uffenbach. P. I. p. 586.) qui non codicem ipsum, sed apographum modo Steinheilianum inspexerat, legens Θεοδοσιον et hunc monens non confundendum esse cum S. Theodoro Tirone, de quo videndus sit Cangius in glossario graeco v. κολυβον et cuius meminerit ipse hic poëta noster v. 161. Imo hic ipse Theodorus, cognomine ὁ στρατηλατης seu tiro intelligendus est. Graeci

 recen-

recentiores quidem hos veluti duo diverſos martyres diſtinguunt, ut fit et fieri iubetur in Manuelis Comneni novella 2. de feriis apud Bonefidium iuris Orientalis P. II. p. 84. in Codino Curopalata de officiis aulae p. 94. aliisque. Alteri cognomen τȣ ϛρατηλατȣ ſeu Ducis, alteri τȣ τηρωνὸς induunt: illum volunt Heracleae in Ponto ſub Licinio, hunc Amaſeae in Ponto ſub Galerio Imp. extremum ſupplicium pertuliſſe: utrumque tamen in Euchaitis eſſe ſepultum et miraculis portentisque cognitum: illius diem quotannis VI. Februarii obeunt religioſe, huius diem XVII. Febr. quamvis Latini memoriam tironis ad IX. Nouembris transtulerunt. At vero prorſus aſſentior Tillemontii rationibus, (hiſtoire ecclesiaſt. T. V. P. 2. p. 308. et p. 492.) qui unum eundemque hominem eſſe docet, qui graeco cognomine ϛρατηλατης, latino Tiro appelletur. Hic igitur Theodorus, natus in Orientis partibus, cum legione, in qua militabat et quam Nicephorus Calliſtus το τηρονικον ταγμα appellat, ipſumque ab ea τȣ Τηρωνος nomen traxiſſe autumat, venerat hiematum in Pontum, quo tempore Maximianus Galerius, ut Gregorius Nyſſenus habet, ſeu Maximinus, ut vult Nicephorus, Chriſtianos coetus divexabant. Iuſſus ſacrificare Theodorus, non ſolum

lium recusat, sed etiam templum Matris Deûm ad Irin fluvium Amaseae inflammat noctu idque palam. Rapitur ad praesidem Publium fustibusque caeditur, in equuleo distenditur, latera uncis ferreis, ut ossa paterent, fodiuntur: post vivus in furno comburitur: anima tamen in coelum, ut fulgur, visa est evehi. Id contigit secundum calculos Tillemontii anno 306. christiano. Corpus martyris Eusebia, religiosa femina, conditum aromatibus servavit, idque translatum fuit ad Euchaitas, vicum Amasenae ditionis, ubi fanum seu martyrion exstructum fuit magnificum: in pariete fani historia perpessionum eius picta erat, in eoque fano Gregorius Nyssenus panegyricum memoriae eius devotum recitavit, qui extat; quamvis nonnulli bonae existimationi eius consulturi negarunt, Gregorii esse, quorum dubitationibus respondent Du Pin biblioth. des auteurs ecclesf. T. 2. p. 232. et Oudinus T. 1. p. 607. Porro ad sepulcrum istud religiosae peregrinationes transvectionesque suscipiebantur, multique aegroti prodigialiter sanabantur: salutare erat, vel tetigisse martyris monimentum: osculis appetebantur eius λειψανα et pulvis e monimento egestus veluti thesaurus alio ferebatur: etiam calamitosis is locus asylum praebuit,

et Petrus Fullo, ecclesiae perturbator, cum sub Zenone Isaurico in exilium deportandus esset, ad hunc S. Theodorum in Euchaitis confugit, teste Cedreno p. 289. Quae vero ad supplicium eius pertinent, commemorant Gregorius Nyssenus panegyr. Theodori, OO. T. II. p. 1010. Nicephorus Callistus hist. eccl. X, 12. p. 31. Nectarius synaxario laudatus a Goaro euchologii p. 661. Acta martyrii varia recensitaque a Fabricio bibl. Gr. Tom. IX. p. 148. et copiose Tillemontius p. 307 - 320. Templa eius honori erecta fuerunt Romae, Cpoli, Hierosolymis et multis aliis urbibus: quin reipubl. Venetae ante divum Marcum is fuit tutelaris deus. Maxime illustre fuit Cpoli a Sphoracio Patricio ann. 412. conditum. Martyris λείψανα in variis Graeciae, Italiae Galliaeque coenobiis, tanquam pretiosa cimelia asservantur. Vide Descriptionem montis Atho in Montfauconi palaeographia pag. 464. et 474. ac Tillemontium p. 320. Illustris denique eius mortui virtus extitit, anno 971. in bello Ioannis Zimiscae cum Russis, cum vectus candido equo Romanos in hostes duceret et victores redderet: pro qua opera Zimisces eius fanum instaurauit et sepulcri locum pro Euchaitis Theodorupolin nominauit, ut narrant Leo diaconus apud

Pa-

Pagium criticae Baron. anno 973. §. 9. pag. 25. et Zonaras, Lib. XVII, 3. pag. 213. Eundem martyrem epitaphio epigrammate non uno condecoravit Manuel Philes, quae infra carm. VI. repetita ex Fabricio exhibebo.

Idem Theodorus non moriens modo portentum tolerantiae extitit, non mortuus solum hostes debellavit, acie victis Russis, sed etiam in ieiunio optimus coquus, tanquam Sanctorum Apicius, arte culinari Iulianum Apostatam superauit ac delusit: eaque materia huius carminis est. IVLIANVS ann. 364. ut aegre faceret Christianis, omnia cibaria, quae in foro veniebant, itemque aquarum fontes sanguine victimarum affuso profanauerat: ut religiosioribus Christianis, qui communione idolorum pollui nollent, neque comedendi nec bibendi facultas esset. Cum igitur aut fame moriendum aut profanati cibi capiendi essent, ecce, ipsa magna ieiunii paschalis die S. Theodorus Cpolitano episcopo Eudoxio conspicuum se offert, caverique iubet carnes venum expositas, ac docet lebetibus coquere panum genus ex frumento confectum, quod κολυβα vocant, atque ita famem restinguere. Ἐνεκελευετο, inquit Nicephorus Callistus, ἀπεχεσθαι

μεν τῶν ἐπ' ἀγορας τεθειμενῶν, σιτὸν δὲ λεβησιν ἑψοντας, ἁ ἐν ἐυχαΐταις κολυβα ἐιωθασι λεγειν, την ἐνδειαν παραμυθεισθαι. Tum ne pauperes cogerentur pollutis vesci cibis, ditiores sumtibus suis *colyba* largiter distribuerunt, quae pauperes, tanquam congiarium a S. Theodoro sibi datum, religiose sumserunt, idque per totam illam hebdomadem. Ita victae Iuliani fraudes. Exinde Graeci in Sanctorum commemorationibus et quadragesima initio his *colybis* vesci solent et primo ieiuniorum sabbato memoriam Theodori tironis repetunt. Vide Nicephorum l. c. p. 31. Allatium de dominicis graecorum §. 13. p. 1430. Baronium an. 362. §. 43. p. 30. Tillemontium l. cit. nota 4. p. 496. Ipsa commemoratio quam futilis sit et quam aliena a verosimili, accurate docet laudatus Tillemontius. Nostro tamen versificatori commentum id placet. Vt igitur Iulianum comparat cum serpente paradisi, primos parentes ad nefarium cibum inducente, et cum Antiocho Epiphane, suillas carnes Iudaeis apponente, ita S. Theodorum cum Habbacuco vate, esurientem Danielem cibante, cum Mose manna coeleste praebente, et cum Christo ieiunos hordaceis panibus nutriente, eumque antefert Triptolemo cerealis frugis repertori. Quaerit

fit autem, quo pacto ille heros, dudum coeli beatis sedibus receptus, episcopo potuerit conspicuus fieri, idque ad eundem modum autumat contigisse, quo beati genii coelestes, humana forma induti, interdum ab hominibus sint visi. In peroratione heroem suum obtestatur, ut Cpolin liberet a Latinis, sic panem azymum, ut Iulianus profanatum, in sacro epulo apponentibus.

Diximus de S. Theodoro et poëmatis argumento. Grauissima superest quaestio de *aetate et auctore.* Auctor quidem, cum inscriptio nullum prodat, difficulter explorabitur; et credibile mihi fit, ipsum contumeliose et admodum animose aduersus Latinos scribentem latere voluisse et nomen suum ignorari: monachum tamen Cpolitanum fuisse, apertum satis est. Sufficiet nobis, si aetatem carminis inuestigare poterimus. Legitur eius fine, vers. 247. acerba querela de Latinis, qui pane azymo in sacra coena utantur, et ieiuniorum ritus emolliant, et suas consuetudines sententiasque graecis per uim obtrudere conentur. Vbi haud scio, an ea verba possint commode intelligi vel de Michaëlis Palaeologi Imper. improbis conatibus, Graecos conciliandi cum Papa

atque obtrudendi illis romanos ritus, vel etiam de potentia nonnullorum Italorum in aula Andronici fenioris, uel denique de Io. Cantacuzeni ftudio reconciliandi gratiam cum romano Papa. Namque expendens poëtae verba curatius, plus illis fignificari puto, quam λατινοφρονων quorundam aut fraudes aut potentiam. Queritur enim ille de τυραννικη δυναμει et ἀνομω κρατει Latinorum in urbe regia Cptana. Κρατος dominium fummum imperiumque ipfum regni indicat; ac proinde refpicit ille ad regnum Balduinorum, qui capta anno 1204. Cpoli, everfoque Graecorum imperio, foli in urbe dominantes, violentia et vexatione quavis Graecos ad latinos ritus traducere annitebantur. Namque ftatim a Balduino priore Graecos fchismaticos, qui Papae romano fubeffe nollent, acerbiffime fuiffe templis eiectos, urbe exterminatos, poenis afflictos, ipfi narrant Leo Allatius de confenfione ecclefiae Orient. et Occident. lib. II, 13. p. 696. ac Du Pin biblioth. des auteurs eccleſ. T. X. p. 88. Conf. Criminationes Graecorum a Cotelerio monument. eccl. Graec. Tom. III. editas. Poftea cum nihil profici fuppliciis et vexationibus animadverfum effet, libere fuisque legibus vivere Graecos, permiffum fuit. Inhaefit tamen Graecis at-

que

que insedit perpetuum in Latinos odium ac perquam molestum iis fuit Latinorum iugum: eaque res ciuibus Cptanis ansam dedit, urbem postea Graecis prodendi, ut fatetur Niceph. Gregoras lib. IV, 2, 3. p. 49. Maxime autem animos Graecorum exacerbauit controversia de pane azymo, eaque etiam agitata vehementer fuit in concilio Nymphaeo an. 1233. Vnde noster etiam versificator in nullum errorem grauius inuehitur, quam v. 256. in azymos panes Latinorum. Quodsi igitur conjecturae uenia est, crediderim, hoc carmen regnante Balduino posteriore, Nicaeae imperante Ioanne Batatza, auctis jam Graecorum in Latinos odiis, anno forsan 1234. a Cptano quodam monacho esse confectum.

Porro debacchatur noster poëta v. 265. in alium tyrannum, qui Graecos luxuria ac voluptatibus corrumpere studeat, idque diebus ieiunio sacris. Is, ni fallor, patriarcha Cpolitanus latini ritus erat. Quem luxum introducere studuerit, multum quaerendum non est, siquis modo ieiunia Graecorum cum Latinis comparet. Graeci seuerissime obseruant tristissima ieiunia Quadragesimae, ut eo tempore non modo a quibuslibet carnibus quadrupedum, sed et

a pi-

a piscibus ἐναιμοις, a lacte, ovis, caseo, oleo, vino prorsus abstineant, et ξηροφαγουντες sincere, sicco pane et aqua oleribusque et pomis contenti sint; ac mori malint, quam istas ieiunii leges migrare. Vide Confessionem Orthodoxam III. quaest. 7. p. 268. Thom. Smith de statu hodierno eccles. Graecae p. 27. et Alexandrum Helladium in praesenti statu eccl. Graec. cap. 9. p. 166. Vix sabbathis ac diebus dominicis a quibusdam modicum vini et olei capitur. Vide Smith l. c. et Angelum enchiridio de statu Graec. c. 11. p. 154. c. 4. p. 74. c. 36. p. 616. Ob eam causam Graeci, ut ait Leo Allatius, (de dominicis graecorum §. 12. pag. 1428.) CHATZITZARIOS seu Armenios, *qui caseo ac ovis sabbatha et dominicos quadragesimales inquinabant, dicto et scripto maxime divexarunt.* Contra Latinorum ieiunium non ξηροφαγια, nedum abstinentia, est, sed quorundam cibariorum intermissio ac merum ludibrium, et ut Helladius (loc. cit. p. 169.) loquitur, *umbrae respectu corporum.* Tale ieiunium τρυφην appellat versificator, et ἐκτοπον quidem τρυφην, quia absonum et secum pugnans est ieiunium, quod usu delicati uini lascivaeque piscium carnis et placentarum oleo pinguium constare putatur, et quo cupiditatum libidinosarum aestus

non

non sedatur, sed inflammatur magis, animus autem non abstractus a rebus humanis ad diuina conuertitur, sed deliciis magis immersus stupet. Igitur ἡ ἔκτοπος τρυφη, quam ille σαταν ἀποστατης monachis Cpolitanis seuerioribus obtrudere uolebat, erat ratio ieiuniorum latinorum: ipseque *tyrannus* non poterat esse haereticus aliquis doctor aut privatus latinorum rituum defensor, quippe qui πικραν τυραννιδα exercere non potuisset, sed ipse Latinus patriarcha, qui, regnantibus in Graecia Latinis, summam sacrorum tenebat monachisque Cpolitanis imperabat, i. e. NICOLAVS SPOLETINVS, qui sub Balduino iuniore patriarchae dignitate splendebat. Vnde confirmatur, quod supra posui, carmen hoc circiter 1234. videri scriptum.




Εἰς





Εἰς τὸν ἅγιον Θεόδωρον
Ἐπὶ τῷ θαύματι τῶν κολύβων.


γνωμον οἶδα καὶ πλατὺν ὄφλον ψόγον,
Εἰ σὺ μὲν ἡμᾶς νοστιμῷ σίτῳ τρέφεις,
Ἄμφω καθηδύνοντι πνεῦμα καὶ στόμα,

Ὦ

Tit. θαυματι των κολυβων) Apud Euchaïtenses in Ponto id nomen ferculo a Theodoro reperto inditum fuisse, affirmat Nicephorus Callistus hist. eccl. lib. X, 12. p. 31. ἃ ἐν Εὐχαΐτοις κολυβα ειωθασι λεγειν. Neque tamen ab Euchaitensibus inuentum potius vocabulum crediderim, quam ex antiquo vocabulo κολλαβων corruptum. Κολλαβυς sane panis triticei genus, quadrata figura, leuiter coctum ideoque album fuisse, constat. Meminit eorum non Suidas solum (voce κολλαβυς,) sed etiam Pollux (onomastico lib. I, 12. 18. §. 248.) et Aristophanes in Tagenistis et Phylillius apud Athenaeum lib. III. p. 110. Conf. Casaubonum in Athenaeum III, 27. p. 214. Phylillii verba sunt: αυτος φερων παρειμι πυρων εκγονας τριμηνων, γαλακτοχρωτας κολλαβυς θερμυς. Vnde colligitur, eos ex nouo tritico confectos et lacteo candore nitentes comedi tepidos consueuisse. Obseruata autem cibi quadragesimalis cum collabis veteribus similitudine, illi inuento nomen κολυβων imposuisse Euchaïtenses videntur. Haec vero κολυβα quo modo et ex quibus rebus conficiantur, iam alii graecorum rituum explanatores docuerunt, nimirum Iacobus Goar ad euchologium p. 661. Beveregius ad canonem 4. apostolicum p. 462. Angelus enchiridii cap. 11. p. 154. Thomas Smith de statu hodierno Graec. p. 117. Gabriel Philadelphensis περι των κολυβων in opusculis a Rich. Simone Par. 1671. editis. Videlicet κολυβα cibarium est cum iusculo, ita vt illud pro carne sit, hoc pro potu. Tritici grana integra excoquuntur leuiter; postea asperguntur pro condimentis variae fruges, vt vuae Corinthiae, nuces, pisa, amygdala, malogranata, folia petroselini etc. Sic coctum lebete ferculum, in

lance

IN S. THEODORVM PRO COLYBIS MIRABILITER INVENTIS.

usulse ingratus in te essem maximique probri reus, o miles Christi et Christianorum praesidium diuinoque munere

lance apponitur. Dicas, idem prope esse, quod et nostri coqui conficiunt, ouis tamen et lacte adhibitis, ac anglico, ni fallor, nomine *potting* nominant. Haec igitur colyba Graeci in altari offerunt initio quadragesimae et in sanctorum et defunctorum memoriis: oblata sacerdos consecrat ea precum formula, quae in Euchologio Goari p. 658. legitur: postea idem acceptam lancem per aedem circumfert et vnicuique auditorum portionem ferculi distribuit. Multi etiam in propinquorum funeribus colyba cocta in sepulcris offerunt, et super sepulcro in coemeteriis consumunt. Gabriel Philadelphensis l. c. p. 23. ea colyba, ait, esse symbolum resurrectionis mortuorum, ideoque confici in festis sanctorum, quia scilicet ex granis frumenti conficiantur, quae apud Ioannem Euang. cap. 12. cum renascituris e terra corporibus comparentur: porro p. 28. illis καρυκευμασι seu condimentis, quae colybis aspergi et inseri diximus, significari ait diuersas animorum corporisque virtutes, quibus se deo homines sancti commendant. Nugae! Ista igitur κολυβα a S. Theodoro prodigialiter inuenta celebrat etiam noster poëta.

V. 1. ὀφλον ψογον) *deberem vituperium.* Sic γελωτα ὀφλειν, ἀμαθιαν ὀφλησομεν etc. apud Euripidem Hecubae v. 326. aliosque bonos scriptores. Vide Andr. Schotti obseruat. hum. II, 23. p. 62. Spanhemium ad Aristophanis nubes 1031. Perizonium ad Aelianum var. hist. II. 38. p. 138. Reizium ad Lucianum to. III. p. 107.

V. 2. νοσιμῳ σιτῳ) Hesychius: νοσιμος, σωτηριος, ἀνακομιστικος. Eustathius in Odyss. A. pag. 1383, 40. οἱ μεθ' Ομηρον και βρωμα φασι νοσιμον, και νοσον δε την ἡδυτητα,

δια

Ὦ δειπνοποιὲ καρυκεύματος νέου,
Ἀθλῆτα Χριστοῦ, χριστεπωνύμων φύλαξ,
Δῶρον θεοῦ τέλειον ἡμῖν ὑψόθεν,
Καὶ γὰρ ἄνωθεν καὶ πρὸς ἡμᾶς ὁ χρόνος
Ῥέων καθέλκει τῶν κολύβων τὴν χάριν,
Καὶ συντρυφῶμεν τοῖς πάλαι συμφυλίταις· †
Εἰ σὺ μὲν οὕτω καὶ διπλῆν τέρψιν νέμεις,
Ἡμεῖς δὲ συγκλείσωμεν ἐντρυφῶν στόμα
Εἰς ὕμνον, εἰς τράνωσιν εὐχαριστίας·
Ἀγνωμοσύνης τοῦτό μοι τῆς ἐσχάτης.
Οὐκ οὖν σιγήσω, μὴ γραφῶ σκαιῷ τρόπῳ,
Ἀλλὰ πλατυνῶ καὶ στόμα καὶ καρδίαν
Ἐρεύξομαί τε †† σοὺς ἐφυμνίους λόγους
Πανηγυρίζων, ῥυθμικοὺς πλέκων κρότους,
††† Ἔνσιτα καλλίφωρα φορμίζων μέλη

Ἐν

† leg. συμφυλέταις. †† f. σοι. ††† f. συσσιτα καλλιχορα.

δια το ηδυ τα ομηρικα νοει· οθεν και Ευνεος, θεος ιατρικο-λιος, δεκαεα εφορει το μετρον των αλευρων. Idem iterum Od. Λ. p. 1675, 2. ει δε μελιηδης ο νοστος, εικοτως και το κατα τρυφην ηδυ, νοστιμον λεγεται. Conf. Ezech. Spanhemium ad Callimachum in Cererem 134. p. 744.

V. 4. καρυκευματος νεα) Secundum Suidam et Hesychium καρυκευμα est ηδυσμα, αρτυμα, τραγημα, omne condimentorum et bellariorum genus. Conf. Io. Clericum ad Menandri reliquias p. 176. Noster autem colyba sic vocat siue metonymia quadam, quia esurientibus etiam cocta grana sunt dulcia bellaria, siue ob asperfa ηδυσματων varia genera. Νεα vero appellat, quod Theodorum eorum inuentorem existimat.

V. 9. τοις παλαι συμφυλιταις) Se hominem saeculi XIII. ait non minus delectari colybis, quam priscos saeculi IV. Byzantios, quibus Theodorus primis id ferculum parauerit. Scribitur autem praue συμφυλιταις pro συμφυλεταις *tribulibus*.

V. 15. Πλατυνω στομα) Locutio frequens in LXX. virorum interpretatione.

V. 16.

re consummatissimo ad nos de coelo demisse, (ad nostra enim vsque tempora inde dimanat donatorum colyborum gratus fructus, nosque ipsi illis colybis recreamur vna cum priscis istis conuiuis sodalibusque tuis,) si ego, cum tu nos salutari nutrias cibo, qui aeque animum ac palatum dulcedine opplet, o bellariorum nouorum apparator, cum tu hoc pacto, inquam, geminam voluptatem impertias, meum tamen os ita oblectatum occluderem, nullos edendo hymnos ad grati animi declarationem. Hoc sane extrema foret ingratae rusticitatis labes. Quare ne peruersitatis accusationem subeam, tacebo minime, potius pleniore ore effusoque pectore modulatos sermones de tuis eiaculabor laudibus, meditansque plausus numeris clausos, et conuiuialia

V. 16. Ἐξερεύξομαι) Locutio ex Psalm. XIX, 2. Matth. XIII, 35. etc. Conf. Elsneri obseruat. ad Act. II, 13. p. 368. Phile de animalibus p. 50. de luscinia ait: *μελων ἀγαθων ἐξερευγεται κλυτας.*

ibid. Σας ἐφυμνιας) Legendum puto: *σοι*. Sunt vero *ἐφυμνιοι λογοι modulati sermones*. Hesychius: *ἐφυμνια, ᾠδαι.*

V. 17. Ῥυθμικας πλεκων κροτας) Sic Anthologia lib. II, 47. p. 29. *ἀμμιγα βακχευτην ῥυθμον ἀνεπλεκομεν.* Et Phile de animal. p. 34. *κυκνος δε θανατων ἐμμελας φθογγας πλεκει.*

V. 18. Ἐνσιτα καλλιδωρα φ. μελη) Versus sine dubio corruptus, neque enim vel *ἐνσιτος* vel *καλλιδωρος* apud Graecos usitatae voces sunt, neque, si essent, hoc loco commodum sensum funderent. Esset forsan aliquid: *ἐνσιτα καλλιδωρε φ. μ. modulans tibi bono datori bene pasta carmina.* Aut hoc: *ἐν σοι τῳ καλλιδωρῳ φ. μελη. in te bonorum datorem modulans carmina.* Immodestus sane et arrogans foret versificator, si sua ipse *καλλιδωρα* vocaret carmina. Minore cum invidia dixisset *συσσιτα conuiualia*

Ἐν ἑξαχόρδῳ κιθάρᾳ στιχουργίαις
Τοῖς ἐξελιγμοῖς ἀστατῶν τῶν ἀσμάτων,
Ὀρχούμενός τε ταῖς στροφαῖς ταῖς τῶν λόγων
Ἐν πνευματικῷ σωφρόνως σισσιτίῳ.
Τὸ φροίμιον γοῦν τοῦτο τῶν μελισμάτων·
Μελίσματα δὲ μέλψομαι παραυτίκα.
Σὺ καὶ πάλαι ζῶν καὶ πατῶν, μάρτυς, χθόνα,
Κἂν οὐρανοφρὼν ἦσθα καὶ γῆς ἠρμένος,
Τυραννικῆς ἔθραυσας ὀφρύος θράσος,
Ὡς ὑπεραθλῶν εὐσεβῶν θεσπισμάτων·
Καὶ νῦν ἐπαρθεὶς λῆξιν εἰς ὑπερτέραν
Ζωήφορον θάνατον ὡς θανὼν μάκαρ
Τυραννικῆς ἔπαυσας ἀνοίας δόλον·
Ὑπερμαχῶν δὲ πάλιν εὐσεβῶν νομῶν
Ταῖς νυκτεριναῖς καὶ μόναις ἐποψίαις

Ἰσχὺν

uinalia et κυλλιχορα *tripudiantia* ac dextras choreas saltantia. Poterit etiam sic scribi: ἐν σιτῳ κυλλιδωρῳ φ. μ. *fidibus modulans carmina in copia cibi bene donati.*

V. 19. Ἑξαχορδῳ κιθ. στιχ.) Lyram suam ἑξαχορδον vocat, quia senariis iambis ludit. Στιχουργιαν vero rectius, quam poësin, appellat, cum στιχους numeratos adhibeat, non metro poëtico mensos: ac praeterea iamborum poëtas potissimum στιχουργους dictos fuisse, ex Thoma Magistro p. 463. intelligitur. Alludit simul ad ψαλτηριον δεκαχορδον in Psalm. XXXIII, 2. et XCII, 3.

V. 20. Ἐξελιγμοις) Proprium hoc vocabulum est partim militum signa conuertentium et in aliam partem gradus flectentium, partim saltantium chorosque ducentium, vbi non in gyrum modo atque in orbem circumeunt, sed etiam retro aguntur et in obliquam partem inflectunt gressus. Id πολυκαμπεα μετρα χορειης nominat Nonnus Dionys. lib. XIX, 219. De iisdem Himerius Orat. XIV, 37. ait: αἱ Μουσαι καθ' Ἑλικωνα ἁμα Ἀπολλωνι τον χορον ἐξελιττετε, γλυκυ τι και θειον μελος ἐπηχουσαι τῃ φορμιγγι. Cum his igitur chorearum flexionibus poëtaster graecus claudicantes suos, κυλλιχορους dicere debebam, versus comparat.

lia carmina fidibus canens, ac per ſenos citharae verſificae neruos perque verſatilium cantuum flexiones vagans, ſobrie in hoc ſpirituali conuiuio, meorum verborum gyris ductis, tripudiabo. Hoc igitur exordium ſit modulationum: modulationes vero ipſas canam illico.

Tu etiam cum adhuc in viuis eſſes, beate martyr, ac terrae ſolum pedibus calcares, tamen coeleſtium rerum cogitatione ſublatus humo, frangebas ſupercilii tyrannici inſolentiam ac pro diuinis edictis propugnabas. Nunc vero iam ad ſublimiorem ſortem euectus, quippe vitali morte beate defunctus, dementis tyranni fraudes rurſus contudiſti; Iterum enim pro ſacris decertans legibus, ſola eaque nocturna apparitione, tantarum

parat. Simili metaphora vocem vſurpat S. Ioannes Chryſoſtomus in Ioh. XVI. f. Tom. 2. p. 888. μακρων λογων ἀνελιττοντες διαυλους.

V. 21. Στροφαις τ. τ. λογων) Heſychius: στροφαι, ἀντιλογιαι, διαστροφαι και αἱ καταδιαιρεσεις των μελων. Metaphora pariter a flexionibus ac reflexionibus chorearum ducta videtur.

V. 23. Φροιμιων) Heſychius: Φροιμια, προοιμια, προῤῥησεις. Idem: μελισματα, ᾀσματα.

V. 28. θεσπισματων) Suidae et Heſychio θεσπισματα ſunt θεια δογματα· Intelligit igitur poëta religionis Chriſtianae decreta, pro quibus mortem perpeſſus ſit Theodorus, et quae contra tyrannicum furorem Galerii Imp. aſſeruerit.

V. 31. τυραννικης ἀνοιας) Iulianum intelligit.

V. 33. μοναις ἐποψιαις) i. e. non armis, neque, vt olim, ſanguine tuo viciſti tyrannum, ſed ſola apparitione eaque nocturna. Viſitaſti terram, tanquam ἐποπτης aliquis deus, videndum te praebuiſti epiſcopo Eudoxio, colyba eum docuiſti, atque ita fraudes Iuliani deluſiſti. Verbo, tu martyr veniſti, vidiſti, viciſti.

Ἰσχὺν τοσούτων καθελὼν φρυαγμάτων,
Καὶ τὸν δράκοντα τὸν σκολιὸν, τὸν μέγαν,
Ἰουλιανὸν τὴν ὀφιώδη † πλάσιν
Λόχμαις κρυβέντα τῶν σκοτεινῶν σκεμμάτων
Ἐτρώσας αὖθις εἰς κεφαλὴν ἀγρίαν,
Ἐξ ἧς τὰ λοξὰ βλαστάνει βουλεύματα,
Ὡς ἐξελέγξας ταῦτα νηπίων μύθους.
Τάχα γὰρ ὑπνοῦντα σὲ καὶ νῦν, ὁπλῖτα,
Ὕπνον μαλακὸν μαρτυρικοῦ θανάτου
Ἡ συμπαθὴς πρόνοια κινεῖ πρὸς μάχην,
Οὐκ ἀπὸ γῆς γύναιον ἔντρομον φρίκῃ,
Εἰς χηραμοὺς τε τοῦ δράκοντος εὐθύνει
Ῥύσην τε πέμπει κινδυνεύοντος λάχους
Ἐκ τῶν δράκοντος ἀκορέστων χασμάτων·
Κἂν ἰὸν εἰσέπτυσεν ὡς εἰς καρδίαν
Τῶν εὐσεβούντων, τὰ σῖτα καταχρήνας·

Στήριγ-

† γρ. φυσιν.

V. 35. *δρακοντα τον σκολιον*) ex Iesa. XXVII, 1. *ἐπι τον δρακοντα ὀφιν σκολιον.* Solent haec ad malum daemonem trahi: nihil sane frequentius est apud Patres Christianos de daemone loquentes, ista appellatione. Vt apud Prudentium cathemer. VI, 141. *O tortuose serpens, qui mille per Maeandros fraudesque flexuosas agitas quieta corda, discede, Christus hic est*, etc.: Noster vero poëtaster Iulianum *tortuosum* appellat ob mutabilitatem ingenii varietatemque fraudum.

V. 36. *ὀφιωδη πλασιν*) In codice postrema vox, veluti mendosa, adscripto *γρ. φυσιν*, correcta deprehenditur. Sed recte illa se habet, *πλασις* pro *πλασμα*, et saepe inuenitur in Philae carminibus, vt carm. II, 35.

V. 39. *λοξα*) *obliqua, ambigua, obscura.* Eunapius in Porphyrio p. 19. de Plotini stilo ait: *τῳ τε της ψυχης ἐρανιῳ και τῳ λοξῳ και αἰνιγματωδει των λογων βαρυς ἐδοκει και δυσηκοος.* Apollinis oracula propter perplexam obscuritatem *λοξα*, ipsum inde cognomine *του Λοξιου* vocatum fuisse, notum est. Sic v. c. Lucianus (dialogo Iunonis

rum importunitatum vim ſuſtuliſti, ac tortuoſum illum grandemque ſerpentem, Iulianum, viperinum genus, tenebricoſarum machinationum latebris abſconditum, rurſus in ferociſſimo vulneraſti capite, vnde perplexa illa fruticant conſilia, eaque tanquam pueriles nugas refutaſti.

Fortaſſe etiam nunc te, ſacer miles, molli martyricae mortis ſomno ſoporatum, prouidentia diuina, miſericordiae in nos affectu ſtimulata, non ſane horrore tremens muliercula terreſtris, ad pugnam excitat teque recta ducit ad draconis ſpeluncam et te ad liberandum ex inſatiabilibus hiantis draconis faucibus ſuum peculium jam nimis periclitatum huc demittit. Vbi enim ille ſaniem veneni in mentes piorum inſpuebat, cibaria conſpur-

et Latonae p. 153. b.) de Apolline ſcribit: ἐξαπατᾳ τους χρωμενους αὐτῳ, λοξα και ἐπαμφοτεριζοντα προς ἑκατερον της ἐρωτησεως ἀποκρινομενος.

V. 44. ἀπο γης γυναιων) Negans poëta, Prouidentiam eſſe humanam quandam ac meticuloſam feminam, alludere videtur ad imaginem quandam biblicam; et neſcio; an reſpiciat ad illam haemorrhouſam a Chriſto ſanatam, quam Marcus cap. V, 33. ait φοβηθεισαν και τρεμουσαν cum diuino medico collocutam, an vero ad apocalypticam cap. 12, 6. in deſerta loca profugientem draconis metu.

V. 46. κινδυνευοντος λαχους) Coetum Chriſtianorum intelligit, ſub Iuliano de integritate fidei periclitantium.

V. 49. σιτα καταχραινας) Id vere factum eſſe ab Iuliano, ſed Antiochiae, confirmat Theodoretus hiſt. eccl. III; 15. p. 137. ἐπειτα δε και τα κατα την ἀγοραν προκειμενα ἐκ μιασματος ἐνεπιμπλα· περιεῤῥαινοντο γαρ και ἀρτοι και κρεα και ὀπωραι και λαχανα και ὁσα ἀλλα ἐδωδιμα. Sed idem addit, Antiochenos id ſua nihil referre exiſtimaſſe, memores praecepti apoſtolici, 1 Cor. X, 25. Contra vero Nicephorus Calliſtus lib. X, 12. eandem rem ex Theo-

 doreto

Στήριγμα καὶ γὰρ ἄρτος ἐστὶ καρδίας·
Ἀλλ' αὐτὸς ἀντέπραξας ἀντιφάρμακα
Πρὸς καρδιακὴν, ψυχικὴν μᾶλλον, λύμην,
Ἢ καὶ προφυλάγματι τῷ καθαρσίῳ
Ἐξαπεκρέσω τὴν προσέρπυσαν βλάβην
Ὡς ψυχικὸς κράτιστος ἀκέστωρ μόνος.
Καὶ πρὶν μὲν ἐντὸς τῆς παραδείσου χλόης
Τὴν πρωτόπλαστον ἐγχορεύουσαν φύσιν
Φυτοῦ τε νηστεύουσαν ἐξ ὀλεθρίου
Ὄφις παρέλκει πρὸς τροφὴν ψυχοκτόνον
Σατὰν ὁ κρυπτὸς ψιθυρίσας τὴν πλάνην.
Καὶ νῦν δὲ πάλιν εἰς παράδεισον νέον·
Ἡ κλῆσις † ὑπέγγραψε τὴν ἐκκλησίαν;
Ἥνπερ φυτουργὸς ὁ θεάνθρωπος λόγος·
Νηστείαν ἐξασκοῦντας εὐσεβῶν λάχος
Ὄφις δόλιος ἐξαπατᾶν ἑρπύσας,
Ἀποστάτης τε καὶ πεσὼν ἑωσφόρος
Ἀρνησίχριστος καὶ θρασὺς ἀντιστάτης,
Ἐπὶ τροφὴν καθεῖλκεν ἠλισγημένην
Ἀπηγορευμένην τε τοῦ φυτοῦ πλέον.
Ἀλλ' εἰς μάτην ἔχανεν ὁ στρεβλὸς δράκων.
Πιστοὺς φαγεῖν μάλιστα, κἂν δοκῇ τρέφειν,

Καὶ

† ὑπεγγράφει aut ὑπέγραψε.

doreto commemorans, meticulosos ait fuisse Christianos nec ausos cibaria contaminata attingere, atque tum contigisse illam S. Theodori apparitionem et colyborum inuentionem.

V. 50. στήριγμα - καρδίας). Ex Psalmo CIV, 15. καὶ ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει.

V. 54. προσέρπυσαν) Poëtica licentia ponitur pro προσερπυσάσαν.

V. 61. εἰς παράδεισον νέον) *in ecclesia Christiana*, quae paradisi appellatione ornari videtur in Apocal. II, 7. et Luc. XX, 9.

V. 64.

ſpurcando, (namque cordis corroboramentum panis eſt,) tu uiciſſim praebebas antidota contra illam mentis, uel animae potius ipſius, luem, ac praeſeruatiuo medicamento, quo illa elueretur, arrepentem noxam extrudebas, tanquam unus et optimus animarum ſanator.

Primaevos olim parentes in paradiſi uiriditate laetos choros ducentes et a perniciofa arbore adhuc ieiunos, ſerpens ille, occultus Satan, errorem inſuſurrando inſpirans, ad peſtiferum cibum ſeduxit. Sic iterum nunc in nouo paradiſo, (quae appellatio ſubinnuit eccleſiam,) cuius plantator eſt Verbum Homo-deus, doloſus ſerpens, decipiendi cauſa arrepens, ille apoſtata, Lucifer lapſus, Chriſti negator procaxque aduerſarius, pios ieiunia exercentes ad cibum trahebat pollutum et magis, quam illa arbor fuerat, prohibitum. Sed fruſtra hiabat ſinuoſus draco, ut deuoraret tunc maxime fideles, cum eos uidebatur nutrire. Namque armatura martyris rumpitur humumque proſtra-

V. 64. νηστειαν ἐξασκουντας) Tempore quadrageſimae, cum Chriſtiani ieiunia celebrarent, eas fraudes a Iuliano tentatas fuiſſe, perhibet noſter; quod Theodoretus non dicit.

V. 66. πεσων. ἑωσφορος). Alludit poëta ad Ieſa. XIV, 12. πως ἐξεπεσεν ἐκ του οὐρανου ὁ Ἑωσφορος ὁ πρωϊ ἀνατελλων, quem Luciferi caſum veteres Chriſtiani communiter de lapſu mali daemonis intelligunt.

V. 69. ἀπηγορευμενην) Innuitur ſanctio illa apoſtolorum Actor. XV, 20. ἀπεχεσθαι ἀπο των ἀλισγηματων των εἰδωλων.

 V. 72.

Καὶ μαρτυρικῇ ῥήγνυται παντευχίᾳ
Καὶ βάλλεται χαμάζε καὶ χοῦν ἐσθίει,
Τροφὰς γεηρὰς καὶ μυσαρὰς ἐκτόπως
Αὐτὸς τὰς αὐτοῦ, δαιμόνων πανδαισίαν,
Πιστοὶ δ' ἐπεντρυφῶσι τοῖς θεοσδότοις.
Ἔτι λεόντων εἰς βαθὺν λάκκον πάλαι
Τὸν Δανιὴλ πρὸς βρῶσιν ἀπερριμμένον
Ἄσιτον αὐτὸν Ἀββακοὺμ φακῷ τρέφει,
Καὶ τῶν λεόντων ἐκφυγόντα τὰς γνάθους,
Ἀρθεὶς ἐναέριος ὁ ξενοτρόφος
Ἐκ τῶν Σολύμων εἰς Βαβυλῶνος χθόνα.
Καὶ νῦν βόθρῳ λέοντος ἐγκεκλεισμένους
Καταπιεῖν μέλλοντος αὐτοὺς αὐτίκα
Τοὺς εὐσεβεῖς πεινῶντας ἀθλητὰς τρέφει.
Πλὴν ἀντὶ φακοῦ σῖτον ἑφθὸν προσφέρει·
Ὡς πτηνὸς ἥκων † ἄπτερός τις μακρόθεν

† f. ἀπτέρως.

Καὶ

V. 72. ῥήγνυται) Scilicet *frigidus in pratis cantando rumpitur anguis*, vt ita ludam cum Marone eclog. VIII, 71. quidni magis τῃ παντευχιᾳ seu πανοπλιᾳ S. Theodori. Alluditur autem ad Daniel. XIV, 27. και φαγων διεῤῥαγη ὁ δρακων.

V. 73. βαλλεται χαμαζε) Ex Apocal. XII, 9. και ἐβληθη ὁ δρακων ὁ μεγας, — — ἐβληθη εἰς την γην.

Ibid. χουν ἐσθιει) Ex Genes. III, 14. ἐπι τῳ στηθει σου και τῃ κοιλιᾳ πορευσῃ· και γην φαγῃ πασας τας ἡμερας της ζωης σου.

V. 74. γεηρας και μυσαρας) Carnes victimarias, quibus Iulianus vesci solebat, intelligit, easque *puluerulentas* appellat, quod propriae sint draconis ad puluerem vorandum damnati, et *abominandas*, quippe idolis contaminatas,

V. 76. θεοσδοτοις) Diuinitus data cibaria vocat colyba, quia monitu diuini martyris inuenta. Verbum ἐπεντρυφᾳν legitur etiam apud Procopium Gazaeum in epistolis Graecanicis ep. 31. p. 438.

V. 77. εἰς βαθυν λακκον) Ex Daniel. VI, 16. et cap. XIV, 31.

V. 79.

proſtratus ipſe uorat puluerem, cibum terreum ac mirifice foedum, ſed ipſi conuenientem, tanquam daemonum ferculum: contra fideles deliciantur diuinitus datis cibis.

Danielem quondam in profundam leonum foueam, ut devoraretur, dejectum ciboque carentem, cum tandem jam belluarum maxillas effugiſſet, lentibus aluit hoſpitalis Habbacucus, Hieroſolymis in Babyloniam per aërem ſublimis raptus. Ita nunc quoque in ſpelunca leonis concluſos jamque a bellua deuorandos ac praeterea eſurientes pios ſacer is luctator nutrit; niſi quod pro lente coctum affert ferculum, tanquam ex longinquo aduolans loco celerrime; atque ita ſeruat

V. 79. Ἀββακουμ φακῳ τρεφει) In hiſtoria Belis et Draconis ſeu Danielis cap. XIV, 33. nil aliud legitur, quam haec: και Ἀμβακουμ ἡψησεν ἑψημα και ενεθρυψεν αρτους εις σκαφην. Poëtaſter autem hic φακον ſeu lentem coctam fuiſſe id ferculum docet, opinione, vt videtur, accepta ex Geneſ. XXV, 29, vbi iisdem primum verbis legitur; ἡψησε δε Ἰακωβ ἑψημα. Sed poſtea v. 34. explicatius ſcribitur: Ἰακωβ δε ἐδωκε τῳ Ἠσαυ ἀρτον και ἑψημα φακου. Caeterum de φακῳ ſeu lentium cibo conf. Seberum ad Pollucem I, 12, 17. et Spanhemium ad Ariſtophanis Plutum v. 192. et Apicium lib. V, 2. p. 145. et Thomae Mag. interpretes p. 882.

V. 81. ἀρθεις ἐναεριος) De raptu Habbacuci per aërem extat in Daniel. XIV, 36.

V. 86. σιτον ἑφθον) Sic enim colyba definit Suidas: κολυβα, σιτος ἑψητος.

V. 87. πτηνος ἠ. ἀπτερος) Forſan commodius ſcribes; ἀπτερως. Comparat vero poëta cum Habbacuco per aërem rapto, hunc martyrem ex Euchaïtenſibus Cpolin aduectum velociſſime. Heſychius: ἀπτερος, αἰφνιδιος, προσηνης ἠ ταχυς.

Καὶ ῥύεται τοὺς ἄνδρας ἐκ θηρῶν δύων,
Λιμοῦ τε καὶ λέοντος, ἀνθρωποφθόρων.
Ὡς δ' ἂν ὁ χριστὸς ὁ τροφὴν πᾶσι βρύων
Χιλιάδας ἔθρεψεν ἀσίτους τότε
Αὐτοσχεδίοις πέμμασι καὶ κριθίνοις.
Καὶ Χριστόμαρτυς † ὧδε μυριοστύας
Δείπνοις κολλύβων αὐθετοίμοις ἐκτρέφει,
Ὡς ἐκ πυροῦ στέατος αὐτοὺς ψωμίσας·
Καθηδύνει γὰρ τὴν τροφὴν ταῦτα τρία,
Ἑστιάτωρ, ἔνδεια, μύσους ἀγνότης.
Καὶ πῶς ὁ μάρτυς, ἀπορῶ πρὸς τὸ ξένον,
Ἐξ Εὐχαΐτων ἄστυ τῆς Βυζαντίδος
Ἐν ἀκαρεῖ πέφθακεν αἰθεροδρόμος,
Ἐξ οὐρανοῦ δε μᾶλλον εις τὸ γῆς βάθος;

† f. ὅδε.

Ἐν

V. 88. θηρων δυων) Vltima vox ita euanuerat in codice, vt non nisi initiale δ. superesset; tamen non dubito, veram lectionem esse restitutam.

V. 91. χιλιαδας ἐθρεψεν) Ex Luc. IX, 13. Matth. XIV, 17. XV, 34. Marc. VI, 39. VIII, 4 sq.

V. 92. αὐτοσχεδιοις) *Subitaneos* vocat panes, quia non parati fuerunt ad quinquies millia hominum cibanda, sed a Christo recens facti et inter distribuendum multiplicati. Πεμματα quidem alias placentarum genus sunt, vt praeter Athenaeum docet Eustathius iliad. Σ. p. 448. sed etiam genere quidlibet coctum significant et cuncta cibaria. Hesychius: πεμμα, ἐιδος πλακουντος και παν πεπτομενον. πεμματα, ποικιλα ἐδεσματα. Hoc loco vt κριθινων nomine hordeacei panes, sic πεμματων voce τα ἰχθυδια Christi intelliguntur.

93. ὧδε μυριοστυας) Nonne melius ὅδε. Apertum vero est, hic miraculum S. Theodori anteferri miraculo Christi. Dicas etiam hic cum 1 Sam. XVIII, 8. Τῳ Δαυιδ ἐδωκαν τας μυριαδας και ἐμοι ἐδωκαν τας χιλιαδας. Neque tamen falsum est, decies millena hominum colybis nutriri, cum totus Graecorum coetus tot saeculis eo victu quadragesimali vtatur.

V. 95.

uat pios homines a feris duabus aeque lethiferis, fame ac leone.

Sicut denique Christus, qui cunctis alimenta larga parit, ieiunos quondam cibauit millenos paratis subito obsoniis, hordeaceisque panibus; ita et hic Christi martyr decies millenos coena colyborum suis manibus parata enutrit, quippe pulpamento triticeo eos saturans. Tria enim haec simul cibum illum reddunt dulcem, nutritor, fames, mundities a polluto.

At quomodo tandem martyr ex Euchaitensibus ad urbem Byzantium, stupeo enim admirabilitatem rei, puncto temporis aduolauit per aërem uectus, aut de coelo potius in terram inferiorem dela-

V. 95. ὡς ἐκ πυρῶν σιτευτος) *quippe pinguedine tritici saturans.* i. e. non hordeaceis panibus, sed massa pinguissimi tritici.

V. 97. ἑστιάτωρ) Congiarii largitor Theodorus erat. De ipsa voce confer Cl. Albertium ad Hesychium p. 1470. et Spanhemium de Vesta et Prytanibus §. 22. p. 695.

V. 99. ἐξ Εὐχαΐτων) Τὰ Εὐχάϊτα locus erat Helenoponti prouinciae Asiaticae, in finibus Amasenorum, vbi sepultus iacebat S. Theodorus, et qui postea in honorem huius martyris non solum episcopi sede condecoratus fuit, sed etiam, vti supra diximus, nomen *Theodorupoleos* accepit. Clariorem eum reddidit saeculo XI. *Ioannes Mauropus*, monachus et metropolita Euchaïtensis, multorum carminum conditor.

V. 100. ἐν ἀκαρεῖ) *puncto temporis, momento.* Vide Suidam v. ἀκαρῆ et Obseruat. miscellan. Amstel. to. V. p. 62.

πεφθακεν). Insolita, credo, locutio est: φθάνειν πόλιν. *celeriter ad vrbem peruenire*, facile tamen huic poëtastro condonanda.

V. 105.

Ἐν σώματι μῶν; ἀλλὰ σαρκὸς ἐξέβη
Καὶ τῆς ὕλης λέλυτο τῶν προσαμμάτων·
Ἄλλως τε παχὺ καὶ καθολκὸν τὸ βρῖθος
Καὶ σὰρξ ἀμαθής ἐστι τῶν πετασμάτων.
Ψυχῇ δὲ γυμνῇ; καὶ τοῦτο φρικτὸν πάλιν
†Ὅπως ὁρατὴ τῶν αὔλων λεπτότης
Τῷ Πατριάρχῃ τῷ θεατῇ τῶν ξένων·
Καὶ πῶς τυποῦται πρὸς θέαν τοῦ μάρτυρος;
Ὡς ἄγγελος φαίημεν εἰς θνητὴν θέαν

† f. ἢ πῶς. Ἀνθρω-

V. 105. πετασματων) Non ſatis capio elegantiam verbi. Πετασματα ſunt expanſa vela et extenſiones. Num igitur id dicere voluit, corpus carneum *non capax eſſe extenſionis* et proinde eum, qui Euchaïtis verſaretur corpore, non potuiſſe ſimul eſſe Cpoli? An vero vocabulum ex ἱπταμαι ſeu πετομαι ductum finxit, vt ſignificaret, corpus indocile eſſe volandi et martyrem corporeum non potuiſſe volatu Cpolin venire. Sed ipſe viderit Theodorus ac πετασμα hoc locutioni praetentum tollat.

V. 107. Ὁπως ὁρατη) Incommode poni videtur ὁπως, niſi ita explicare velis: id rurſus terribile dictu eſſet, quomodo tenuitas incorporeae naturae conſpici potuerit. Rectius poſitum eſſet, πως γαρ ὁρατη aut ἢ πως ὁρατη.

V. 108. τῳ πατριαρχῃ) Epiſcopum Cptanum intelligit, cui noctu apparuerit S. Theodorus. Credit enim poëta εἰς ἀςυ της Βυζαντιδος eum tranſuolaſſe, idque ratum habet Baronius an. 362. §. 43. p. 30 Is epiſcopus ab Nicephoro Calliſto, pag. 31. *Eudoxius* vocatur, et recte quidem, cum Eudoxium, ſectae Eunomianae hominem, regnante Iuliano, ſedem Cptanam tenuiſſe conſtet. At in latina Nicephori interpretatione Langiana idem *Euzoïus* nominatur, neque id ſine cauſa. Notat Langius, iſtos dolos in polluendis cibariis ab Iuliano tentatos fuiſſe Antiochiae, ubi Eudoxius quidem arripuerat epiſcopatum, ſed eiectus iam fuerat a Conſtantio Imp. teſtibus Theodoreto hiſt. eccl. II, 25. pag, 108. et Philoſtorgio lib. IV. p. 493. Regnante Iuliano, Antiochenus praeſul erat Euzoius, pariter Arrianus homo, una cum Meletio partis orthodoxae epiſcopo, quibus tandem Lucifer Caralitanus

delapsus fuit? Num in corpore erat? Imo exierat e carne, copulis corporeae materiae solutus: praeterea densa corporis grauitas uergit humum et corporea caro inhabilis extensioni est. An uero merâ animâ aderat? At hoc non minus tremendum fuisset. Quomodo enim incorporeae naturae subtilitas conspicua fuisset patriarchae, qui miraculum illud spectabat, et quomodo conspectus martyr in eius oculos influxisset? Dicamus igitur, haben-

ralitanus tertium addidit Paulinum. Et quidem cum Iulianus Imp. Antiochiae versaretur, Euzoium vere obtinuisse sedem Antiochiae, conceptis verbis docent Socrates hist. eccl. III, 9. pag. 181. Sozomenus H. E. V, 12. p. 613. et Theodoretus III, 12. p. 135. Quare si quid veri omnino est in illa apparitione, Euzoio eam contigisse oportuit. At fabulosa Acta Theodori nosterque poëta rem Cpoli gestam arbitrantur: quo admisso, πατριαρχῃ ille non alius fuerit, quam Eudoxius. Sed quam gloriosum sit colybis colyborumque amatoribus, Ariano homini eorum inuentionem deberi, ipsi fabulae defensores viderint.

V. 109. πως τυγχανει) *quomodo afficitur*? seu quam animi motionem ipsi excitauit conspectus martyris? territus an laetus fuit? deum an hominem se videre putauit? libens an inuitus conspectum admisit? Τυγχανειν significat, ut docet Gatakerus ad Antoninum lib. VI. 16, pag. 179. impressionem quandam admittere in se ab externis obiectis, idque cum de exterioribus sensibus, tum de interioribus dicitur.

V. 110. ὡς ἀγγελος φαινομην) Sic tandem nodum Gordium dissoluit poëtaster, ut S. Theodorum assumto corpore parastatico aduenisse affirmet, quali angelos in se corpore liberos interdum apparuisse credimus.

τῃ γραφῃ πεπεισμενοι) Saepe enim sacri coelestesque genii, assumta hominis forma, piis hominibus obuiam se tulerunt, ut Manohae Simsonis patri, Iudic. XIII, 3. ut Zachariae Luc. I, 11. ut Cornelio, Act. X, 3.

V. 115.

† Ἀνθρωπόμορφον, τῇ γραφῇ πεπεισμένοις,
Ἄϋλος ὢν, ἄσαρκος, εἰς ὕλης πάχος.
Φανταστικὸν δὲ τῆς ψυχῆς αὖθις μέρος
Εἰς ἀντίληψιν πῶς ἐγείρει τῆς θέας;
Ἀφαῖς ἀΰλοις ἀΰλου δεδραγμένος
Καὶ συγγενεῖ πως τῇ λαβῇ, διϋπνίσας
Ἀδιϋπνίστως, ἀπαθῶς ἂν τις φράσῃ·
Ἐνζωγραφηθεὶς ταῖς ἀσωμάτοις κόραις
Ὡς ἐντυποῦται καὶ πρόσωπα σαρκικαῖς
Καὶ τῷ κατόπτρῳ δίχα κινοῦνται πάθους·
Πάθος δὲ καὶ κίνησιν ἐκτροπὴν λέγω.
Πλὴν ἀπὸ γῆς δίδωμι τούτους τοὺς λόγους·
Θεὸς γὰρ οἶδε καὶ θεοῦ μάρτυς μόνος,
Ἀποστολικὴν ὡς μιμήσωμαι φράσιν,
Εἰ σωματικῶς, εἴτε σώματος δίχα
Εἶτ' αὖθις ἄλλως ἐκτελεῖται τὸ ξένον,
Μεταέρσιός τε πτῆσις ἀελλόδρομος.
Ὁ δ' ἀπορίαν τῆς τροφῆς στεῤῥὰν λύσας
Ἐδέσματος τάχιστα τῇ παρευρέσει,
Ἐκεῖνος ἐκλύσαιτο καὶ ταύτην δέει

Ἴσον

† ἀνθρωπομορφεῖς.

V. 115. ἀΰλου δεδραγμενος) Δραξασθαι τινος est κρατησαι τι και ἐπιλαβεσθαι τινος. Hesychio interprete. Ait ergo poëtaster, Patriarcham vi imaginatiua adeoque immateriali et oculis incorporalibus, vigilantem tamen, comprehendisse spectaculum illud.

V. 116. συγγενει λαβη) Λαβη est quoduis instrumentum, quo quid comprehendi ac tangi potest: atque ita vocatur manubrium ensis, et ansa vasorum, et occasiones rerum gerendarum, et disciplinae instrumentales, ut docent Suidas, Hesychius, Casaubonus ad Aristophanis Equites, v. 837. aliique. Hic vero denotatur illud sensuum instrumentum, quo Patriarcha comprehenderit et exceperit spectrum, nempe vis phantastica animae: eaque

συγγενης

habentes fidem scripturae, sic affuisse eum, uti angelus adesse potest, qui materiae corporeae expers et carne pariter destitutus, tamen humana forma induitur, et in crassam corpoream que materiam immigrat, atque ita conspectum mortalium subit. At uicissim ille suam facultatem imaginandi ad comprehendendum spectaculum quomodo tandem erexit? Nempe ut capesseret immateriali contactu immaterialem angeli personam consentanea quadam comprehendendi vi, expergefactus erat: nam non expergefactum etiam non affectum diceres. Igitur pictura spectaculi illius incorporalibus recipitur pupillis oculorum, ut hominum vultus imprimuntur corporalibus oculis et in speculo quouis absque affectione sui mouentur: (inflexionem vero oculorum etiam affectionem et motionem voco.) Veruntamen humo petita haec profero verba. Deus enim et diuinus martyr scit solus, vt locutionem apostoli faciam meam, corporaliter, an sine corpore, an alio quodam modo expletum fuerit id miraculum, et sublimis ille volatus vento pernicior. Qui duram alimentorum

συγγενης dicitur, quia eiusdem naturae cum viso spectaculo erat: namque et qui conspiciebatur ἀϋλος erat, et oculus phantasiae, quo conspiciebatur, talis erat.

V. 120. διχα κινειται παθους) i. e. Martyr conspiciebatur, nec tamen afficiebatur aut mutabatur aut patiebatur quid, ut immissae speculo imagines repraesentantur absque passione et mutatione suae naturae.

V. 121. εκτροπην) Hesychius: εκτροπη, προφασις, χωρισμος και οφθαλμων τι παθος. Scilicet straborum oculorum affectio intelligi videtur, qua contorquentur in obliquum fulgure luminis alio versi.

V. 124. ἀποστολικην) Ex 2 Cor. XII, 3.

V. 135.

Ἶσον δ' ἀράχνης ὥσπερ ἐκ λεπτῶν μίτων,
Ἂν ἐμφανισθῇ καὶ πάλιν τοῖς ἀξίοις.
Ἀλλ' ἵνα θαυμάσαιμι τὴν τροφὴν πλέον
Καὶ γλῶσσα καὶ νοῦς ἐντρυφᾷ γὰρ τοῖς λόγοις,
Ζιζάνια μὲν τοῖς καθαρείοις σίτοις
Ἀνὴρ πονηρὸς ἐμφυτεύει λανθάνων·
Μάρτυς δ' ἀγαθὸς ὑπὲρ ἄνδρας τοὺς κάτω
Ὑπεκκαθαίρει τὰς ἀκάνθας τῶν σίτων
Εἰς βρῶσιν εὐπρόσιτον εὐσεβεστέροις.
Εἰς ἄρτον ἐμβάλωμεν αὐτοῦ τὸ ξύλον·
Ἰουλιανοῦ τάχα πατέρων λόγος.
Καὶ νῦν τὸ τέκνον πατρομιμήτως λέγει·
Βαλῶ † μόλισμα τμητικὸν ὑπὲρ ξύλον,
Ὑπὲρ μάχαιραν, ὑπὲρ ἀκίδος βέλος
Ψυχὰς ἀναιροῦν, οὐχὶ σώματα θλίβον,
Εἰς Χριστιανῶν ἄρτον, ὡς κατακτείνω·
Ἀγκιστρον εὗρον τὸν μιασμὸν καμπύλον,
Δέλος περιπείραιμι τούτῳ τὸν σῖτον,
Ὡς ἂν ἀγρεύσω καὶ ψυχὰς καὶ τὰς γνάθους
Τὰς ἐκ λιμοῦ χαινούσας ὡς πρὸς τὴν πάγην.
Θεόδωρος δὲ καὶ δέλος καὶ τὸ ξύλον
Καὶ σύμπαν ἁπλῶς ἐξανασπᾷ τὸ τρύχον,
Καὶ ῥύεται ποθοῦντας ἐκ τοῦ κινδύνου,
Λύκου τε λύσσαν ἐξελὼν τοῦ ποιμνίου.

Ἀλλ-

† l. μόλυσμα.

V. 135. Ζιζάνια) Alluditur ad Matth. XIII, 25.

V. 140. εἰς ἄρτον) Vox Iudaeorum apud Ierem. XI, 19. Δευτε και ἐμβαλωμεν ξυλὸν εἰς τον ἀρτον αὐτου, και ἐκτριψωμεν αὐτον ἀπο γης ζωντων.

V. 148. δελος) Obsoletum neque in lexicis reperiendum vocabulum pro δελεαρ. Mentionem tamen eius facit Eustathius ad Iliad. B. p. 235.

V. 151.

rum inopiam, celerrima cibariorum inuentione, ſuſtulit, idem et hunc nodum tanquam araneae telam tenuibus textam filis, ſoluere poterit, ſi iterum aliquando dignis viris apparuerit.

Veruntamen vt magis iſtud admirer alimentum, (nam et lingua et mens oratione luxuriatur,) zizania puro tritico prauus homo clanculum inſerebat: bonus autem martyr atque his mortalibus hominibus ſuperior, euellit clam e tritico ſpinas, vt id cibus fiat piis hominibus exoptandus. Iniiciamus, inquiebant forte Iuliani patres, lignum in panem eius. Filius autem patriſſans nunc ait: iniiciam in panem Chriſtianorum, vt eos totos perimam, piaculum foedum, non tam corpora affligens, quam animas necans, quod magis, quam lignum, quam gladius, quam teli cuſpis concidat: reperi tanquam aduncum hamum illud piaculum, eique cibum tanquam eſcam appendam; vt praeda mihi fiant et animae et famelicae laqueoque inhiantes fauces. Theodorus vero tam eſcam, quam lignum et quicquid pungebat, omnino euellit, adeoque e periculo liberat cupidos libertatis, lupique rabiem ex ouili extrudit. Tum ex leone in aſtutam vulpem et ex Imperatore in ſpurium caupo-

V. 151. Θεοδωρος) I. H. Maius Catal. Vffenb. p. 587. iterum hic legit, Θεοδοσιος δε, repugnante et codice et metro.

V. 152. το τρυχον) *id quod urebat et male habebat*. Heſychius: τρυχει, φθειρει, τηκει, καταπονει, κακοπαθει.

V. 154. ἐξελῶν) Sic legendum, utut codex habeat ἐξελῶ.

Ἀλώπεκα δ᾽ ἂυ ἐκ λέοντος κρυψινȣ̃ν
Τὸν ἐξ ἄνακτος σιτοκάπηλον νόθον
Ἐπατταλευσεν, ἐξελέγξας τὸν δόλον,
Ὄνον δ᾽ ἂυ ἐκ λέοντος ἄνȣν δεικνύει
Δόλȣ τινάξας τὴν καλύπτȣσαν σκέπην·
Ὡς πρᾶγμα καὶ γὰρ πλάσμα τȣ̃ μυθȣ̃ βλέπω.
Αἵματος ἀνὴρ καὶ δόλιος εὑρέθη
Ὡς καὶ φονευτὴς ἅμα καὶ δολοπλόκος,
Θεῷ βδελυκτὸς προσδὲ καὶ † Θεοδώρῳ
Ποτὲ κρεȣργῶν, πάγας ἄλλοτε πλέκων
Σίτȣ τε κόκκον τῇ παγίδι συνδέων,
Ἄνδρας ἀγρεύσων ȣ̓ πτέρυγας ὀρνίθων.
Ἀλλ᾽ ἡ παγὶς μὲν ψαλμικῶς συνετρίβη
Τῆς μαρτυρικῆς δεξιᾶς τῇ συντάσει,
Πτηνὰ δ᾽ ἐλύθη τῆς παγῆς καὶ τῆς πλάνης
Πτερὸν φορȣ̃ντα τȣ̃ νοὸς διηρμένον.

Κώνειον

† f. Θεομαχος.

V. 155. ἀλωπεκα - κρυψινȣν) Hesychius: κρυψινȣς, δολιος, πανȣργος. Vtitur v. c. Eunapius, p. 91. κρυψινȣς δ᾽ ἠν ἀγαν και βαθυγνωμος. Senſus eſt, Iulianum tum non potentia aut vi ſua oppugnaſſe Chriſtianos, ſed fraudibus.

V. 156. σιτοκαπηλον) Caupo frumentarius qualis ſit, docet Pollux onomaſt. VII, 4. §. 18. et Salmaſius de uſuris cap. 12.

V. 157. ἐπατταλευσεν) Verbum proprie ſignificat *paxillis* figere, legiturque ſaepe apud Aeſchylum in Prometheo vincto, ut v. 57. Conf. Caſaubonum ad Ariſtophanis equites v. 370. Hic autem notat Iulianum quaſi vinculis conſtrictum et facultate quicquam peragendi exutum.

V. 158. ὀνον δ᾽ ἀυ λεοντος) Reſpicit non illepide ad aſinum Cumanum, quem fabula fert aliquando leonina pelle indutum incolas diu terruiſſe pro leone, tandem a peregrino ex auribus agnitum detracta pelle ad aſini formam redire coactum. Vide Lucianum in pſeudologiſta

cauponem transformatum, reuelato eius dolo, exposuit ludibrio, et pariter leonis pelle detracta vecordem asinum esse ostendit, excusso illo, quo dolum abscondebat, tegmine, (commentum enim illud fabulae nunc verum factum esse video.) Sanguinarius enim simul fraudulentus, et homicida simul nunc insidiator dolosus et abominabilis deo, nunc etiam Theodoro inuisus patuit: vt qui mox carnificinam exerceret, mox laqueos necteret, grano tritici laqueis alligato, vt non tam volucres aues, quam viros, irretiret. Veruntamen laqueus, vti est in Psalmo, heroicae dextrae nisu diruptus est, et auiculae tam a laqueo quam ab errore liberatae, quaecunque alam mentis expansam gerebant.

Cicutam

gista §. 3. tom. III. p. 164. et in fugitivis §. 13. p. 372. et Erasmum chiliad. I, 3, 66. p. 122.

V. 161. *Αἱματος ἀνηρ*) Frequens locutio biblica, ut Psalm. XXVI, 9. et Ps. V, 6. *ἀνδρα αἱματων και δολιον βδελυσσεται κυριος.*

V. 163. *προσδε· και Θεοδωρος ποτε*) Locus sine dubio male distinctus et vitiosus. Lego ita: *βδελυκτος, προσδε και Θεοδωρῳ· abominabilis deo, nunc etiam Theodoro.* Atque ita etiam habet Maius bibl. Vffenb. p. 587. Obstare metrum dices et in fine versus requiri iambum. Esset hoc aliquid, si hic poëtaster esset poëta. Posses etiam legere: *προσδε και θεοστυγος* aut *θεομαχος.*

V. 164. *ποτε κρεουργων*) i. e. ut leo lanians et sanguinarius aperta vi agebat olim: nunc clandestinis dolis. *Κρεουργειν* enim est concidere carnes, ut fit in visceratione.

V. 165. *σιτου κοκκον - συνδεων*) Vide supra v. 148.

V. 167. *ψαλμικως*) Ex Psal. CXXIV, 7. *ἡ παγις συνετριβη και ἡμεις ἐρρυσθημεν.*

Κώνειον εἴπῃς ταῖς τροφαῖς ἐμμιγνύει
Ἐιδωλοθύτων κνίσσαν αὐτό τε ςέαρ
Ἐις ψυχικὸν θάνατον ἐχὶ σαρκὶυ.
Ἀντίδοτον δὲ δραςικὴν ἀντεισφέρει
Καὶ θηριακῆς ὥσπερ ἀρτίσκυς νέας
Σοφῶς ὁ μάρτυς, καὶ φονεύει τὸν φόνον,
Καὶ παττάλῳ πάτταλον ἐκκρύει φθάσας.
Ἡ μὲν τύραννος καὶ θρασύδειλος φύσις
Ὡς ἐξ ἐνέδρας νυκτομαχεῖν ἐσκόπει·
Καὶ μὴν ὁ κομψὸς οἶδεν ἐκ συγγραμμάτων,
Ὀυ βασιλικὸν τὴν κλοπὴν τὴν τῆς νίκης.
Ἀντιςρατηγεῖται δὲ τῷ ςρατηγέτῃ
Ἐν νυκτεριναῖς, πλὴν σοφαις, ἐυτολμίαις
Τηρῶν τε τὸν τύραννον ἐς κράτος τρέπει.
Τάχα, σοφιςὰ, προσκυνητὰ τῶν μύθων,
Ἑρμῦ θεῦ σῦ τὰς κλοπὰς ἐκμανθάνεις,
Καὶ τῦ Διός σῦ τὰς νόθυς μεταπλάσεις·

Ἀμεί-

V. 171. *κωνειον ἐιπης*) De *κωνειῳ* feu cicuta vide Nicandri alexipharmaca p. 140. f. Theophrasti hist. plantarum lib. IX. p. 15. p. 188. aliosque. Parum vero mihi placet hoc *ἐιπης*· et libentius legerem: *κωνειον ἱκανος τροφαις ἐμ*. aut *κωνειον ἐι πως τοιις τ. ἐ.*

V. 172. *κνισσαν ἀυτο τε στεαρ*) Nempe feuo et adipe victimarum ipfo, quo dii quam maxime delectari et quod crematum naribus attrahere feruntur, illeuerat cibaria Iulianus. *Κνισσα* igitur hoc loco non tam *ἀτμος και καπνος των θυσιων* eft, non fuauis ille nidor, quem Lucianeus Iupiter naribus captat, quam potius *το λιπος τα ἱερεια*, interprete Hefychio. Nominans autem poëta *το στεαρ*, nefcio, anne alludat ad Pfalm. XVII, 10. *το στεαρ ἀυτων συνεκλεισαν*.

V. 175. *θηριακης ἀρτισκυς*) Venuste refpicit ad hiftoriam Beli ac draconis Daniel. XIV, 27. ubi babylonius draco placentis ex adipe, capillis et pice compofitis coctisque necatus narratur; quam artem theriaci medicamenti

Cicutam, dicas, nutrimentis illum admiſcere, dum idolothytorum aruinam ipſumque adipem, in mortem non carnis, ſed animae, admiſcet. Sed efficaciſſimum remedium, veluti nouae theriacae paſtillos, ſapienter obiicit martyr, et letho dat rem lethiferam, cuneumque cuneo citiſſime extrudit. Tyrannus ille, illa audax timidaque ſimul beſtia, cum velut per inſidias nocturnam pugnam moliretur, licet bellus ille ex hiſtoria furtiuam victoriam parum regiam eſſe didiciſſet; huic imperatori alio ſtrategemate noſter miles occurrit, nocturna quidem, ſapientiore tamen, expeditione audaciſſime ſuſcepta: obſeruat tyrannum eumque maxima affectum clade fugat.

Forſan tu, Sophiſta adoratorque fabularum, Mercurii tui furta edidiceras, aut tui Iouis adulterinas transformationes. Is enim vt virgines corrumperet

menti adhibendi imitatus Theodorus Iuliano, peſtifero draconi, obiecerit colyba atque ita fraudes eius repreſſerit.

V. 177. παντακλῳ παντακλον) Ad uerba quaedam biblica alluditur.

V. 180. ὁ κομψος) i. e. λαλος, σκωπτικος, auctore Heſychio: quod elogium apprime conuenit Iuliani ingenio, qui totus ex loquacitate et irriſione et arrogantia compoſitus erat, ac praeterea eruditus ſapiensque videri volebat. Verba illa, quae ſcriptor noſter innuit, nempe *non decere regem furtiuam victoriam*, in vetuſto quodam hiſtorico me legere memini; nunc requirere non vacat.

V. 186. Ἑρμας κλοπας) Mercurii furta nota, *callidi, quicquid placuit, iocoſo condere furto.* Vide Ouidium metam. II, 686. Sunt et Iouis furta nota, cum in Ledae gratiam cygnum, propter Europam taurum, et ob Danaën aureum imbrem mentitur.

Ἀμείβεται γὰρ, ὡς φθερεῖ τὰς παρθένους,
Εἰς κύκνον ἢ καὶ ταῦρον ἢ χρυσοῦ χρόαν.
Σὺ δ' ὡς φθερεῖς, φεῦ! ἀγνοτάτας καρδίας,
Ὁ βασιλεὺς ἤμειψας εἰς σιτοπράτην
Τοῖς σκηνικοῖς ἔμπαλιν ὡς ὑβριστέος.
Ἀλλ' ἐκδύει σε τὸ προσωπεῖον τάλαν
Εἷς στρατιώτης τὸν πολὺν βασιλέα.
Καὶ ποῦ στρατεύματά σου καὶ πυκνὰ ξίφη;
Δορυφορία ποῦ περιτρέχουσά σε;
Πῶς οὐκ ἐδυνήθησαν ἀντισχεῖν, φράσον,
Ὅπλα τοσαῦτα πρὸς γαληνὸν ὁπλίτην
Καὶ σῆς τίναξαι τοῦτον ἀρχῆς μακρόθι;
Γνῶθι τὸ καινὸν, κἂν μόλις, ἀποστάτα,
Ὡς παμβασιλεὺς Ἰησοῦς, ὃν ὕβρισας,
Ὑπὲρ βασιλεῖς καὶ στρατιὰς ἰσχύει·
Αὐτοῦ μαχητὴς καὶ γὰρ ὁ στρατηγέτης.
Φλήναφε, δεῖξον τοὺς νομεῖς σου τῶν σίτων
Καὶ τοὺς σπορεῖς σου τῶν μύθων καὶ πλασμάτων
Πτηνοὺς

V. 192. *τοις σκηνικοις*) i. e. quasi et de transformatione Iuliani in cauponem comoediae fingendae essent, vt de transformationibus Iouis, quippe cuius amores theatra et pulpita satis fatigarunt multisque tragoediis materiam praebuerunt. Vel Amphitruo Plauti pueris notus est. Οἱ σκηνικοὶ autem sunt mimi et histriones, qui, quas poetae docent fabulas, in theatris agunt.

V. 194. *τον πολυν*) i. e. *μεγαν*. Vide nostrum Aeneam Gazaeum §. 142.

V. 199. *τιναξαι*) Sic Terentius Eunuch. II, 3. v. 66. *homo quatietur cum dono foras.*

V. 200. *ὑβρισας*) Sic legendum, quamuis scriptum sit *ὑβρισαις*.

V. 203. *αὐτου μαχητης κ. γ. ὁ σ.*) Sic intelligo: namque etiam hic Theodorus dux sub signo Christi militat et

se

rumperet, vertebat se in cygnum, taurum, fuluumque aurum. Tu vero ad corrumpenda heu! castissima pectora, imperator cum sis, mutaris in cauponem frumentarium, tanquam pariter theatris ludibrium deberes. Sed exuit tibi, tanto imperatori, miseram personam vnus miles. Vbi nunc tuae legiones, vbi multitudo armorum tuorum, vbi satellites, qui te stipabant? Cur non valuerunt tot arma vni quieto resistere militi, dic mihi? cur non eum proiecerunt procul a regno tuo? Agnosce tandem, Apostata, licet nolis, admirabilitatem rei: agnosce, omnipotentem regem esse Iesum, quem contumeliis petis, et plus valere, quam omnes reges omnesque exercitus: namque eius miles etiam hic martyr erat.

Ostende, nugator, tuos frumenti diribitores, tuos fabularum et commentorum seminatores, alatos

se nil amplius, quam gregarium militem, sub imperatore summo Christo, esse profitetur. Theodorum cognomine τον στρατηλατην vocatum fuisse diximus supra: quod idem ac στρατηγετης est.

V. 204. φληναφε) Hesychius hanc vocem per φλυαρον, ληρον, μωρολογον interpretatur. φληναφαν, *blaterare, nugas agere* habent Alexis apud Athenaeum lib. VIII. p. 336. et Aristophanes nubibus 1477. Conf. Casaubonum ad Aristoph. Equites 661.

νομεας σιτων) Distribuisse enim *Ceres* cum *Triptolemo* frumenta per orbem dicitur et prima conseuisse agros mitioribus frugibus: sed quia haec distributio ac satio fabulis conspersa a poëtis fuit, lepide noster Cererem fabularum frugumque simul satorem vocat.

 V. 206.

Πτηνοὺς δράκοντας, Κελεοὺς, Τριπτολέμους,
Δήμητραν αὐτὴν τὴν φίλην σιτοβρύτιν,
Μυστήριά σου δεῖξον ἐσκοτισμένα,
Τροφονίου τε νυκτέρους καταδύσεις,
Ὡς ἂν γελασθῇς ἐκ σοφῶν σου παιγνίων.
Δείξω δὲ κἀγὼ τοῦ σίτου μοι τὸν δότην
Καὶ νύχιον μύησιν αὐτοῦ φωσφορὸν,
Ὡς ἂν καταισχύνω σε τοῖς ἐναντίοις
Καὶ μῦσος ἀγγότητι καὶ πράξει πλάνην.
Ἔτι τρυφήσω τοῖς κολύβοις ἐν λόγῳ.
Ὁ σῖτος ἔτος, ἄρτος, ὁ ψάλλων λέγει,
Καὶ ψυχικὸν στήριγμα καὶ τῆς καρδίας,
Εἰς πίστιν ὀρθὴν, εἰς καθαίρεσιν πλάνης
Καὶ θανατούσης ἔκλυσιν λιμαγχόνης·
Ὦ καλὲ μάρτυς, δειπνοποιὲ χαριεὶς,

Ἐκεῖθεν

V. 206. πτηνους δρακοντας) Nempe *Cereris* currus, quo vecta orbem terrarum obibat, alatis draconibus iunctus erat. *Geminos dea fertilis angues curribus admouit*, inquit Ouidius metam. V, 642. Neque minus *Triptolemus* disseminauit fruges, ἀναβιβασης αὐτον ἐπι πτερωτων δρακοντων ὀχημα της Δημητρος, vt ait Phurnutus de nat. deorum c. 28. p. 209.

Κελεους) *Celeus* Eleusinis vrbis rex erat, quo tempore Ceres in Atticam veniens fruges afferebat. Vide Nonnum Dionys. XIX, v. 84. Statium Thebaid. XII, 619. Hyginum fab. 147. Seruium ad Virgil. Georg. lib. I, 164. Meursium de regibus Atticis lib. II, 3. p. 89.

Τριπτολεμους) De Triptolemo frugum consitore narrant Apollodorus lib. I, 5, 2. Phurnutus l. c. Hyginus l. c. Nonnus Dionys. lib. XIII, 192. Ouidius Metam. V. 645. Aristides in Panathenaica p. 181. aliique. Conf. Spanhemium ad Callimachum p. 680.

Δημητραν) Sic scribi a nonnullis pro την Δημητρα, sed minus graece id fieri, docet Munckerus ad Hyginum fab.

147.

tos dracones, Celeos, Triptolemos, ipſamque almam Cererem, frumentorum ſcaturiginem: oſtende tenebricoſa tua myſteria, Trophoniique nocturnas latebras, vt cum eruditis tuis ineptiis deridearis. Oſtendam viciſſim tibi meum cibi datorem et nocturnam eius initiationem luminis genitricem, vt contrariis omnibus te pudefaciam, foeditatem tuam munditie, et fraudes fictas veris factis.

Pergat vero deliciari colybis oratio. Cibarium hoc ſeu panis, uti pſalmiſta ait, et animi ſtabilimentum et cordis eſt, pertinetque ad rectam fidem, ad euerſionem erroris et ad mortiferae famis depulſionem. O praeſtantiſſime martyr, ô gratioſe

147. p. 217. De Cereris autem erratione per orbem et frugum inuentione vide noſtrum Himerium Orat. II, 5.

V. 207. φιλην σιτοβρυτιν) Ad poëtae alicuius veteris locum hoc poëtico vocabulo alludi patet, ſed locum non inuenio.

V. 208. μυστηρια - ἐσκοτισμενα) Reſpicitur ſine dubio ad *Eleuſinia* myſteria, quae non ſolum ſumma cum religione ſilebantur, ſed et ipſa maximam partem in tenebris peragebantur. Vide Meurſii Eleuſinia cap. XI. p. 135.

V. 209. Τροφονια) Oraculum *Trophonii* in ſpecu ſub terram erat, idque conſulere cupientes per anguſtum foramen in ſpecum prorepere debebant. Vide Bulengerum de oraculis et vatibus cap. 127. p. 43. in Gronouii theſauro Graec. ant. to. VII. et noſtrum Himerium Orat. XXIII, 23.

V. 212. νυχιαν μυησιν) Noctu enim S. Theodorus Eudoxio epiſcopo apparuiſſe dicitur eumque veluti ſacro epulo colyborum initiaſſe, quo lumen felicitatis ac ſatietatis accenderetur miſeris atque in famelica caligine ſqualentibus Chriſtianis.

V. 216. ὁ ψαλλων λεγει) Vide ſupra v. 59.

Ἐκεῖθεν ἴσως ἐξ ἑαυτȣ̃ μανθάνεις
Τὸν σῖτον ἕψειν ἐν φλογὶ τῶν ἀνθράκων
Εἰς βρῶσιν, εἰς ἥδυσμα τῶν δαιτυμόνων
Ὅθεν † κατοπτȣ̃σί σε πυρὸς ἐν μέσῳ,
Ὡς ἄρτον ἡδὺν, ὡς σῖτον τῷ δεσπότῃ
Οἱ σιτοποιοὶ μαρτυρικῶν σαρκίων.
Ναὶ καὶ χάρις σοι δεξιῶν σιτισμάτων.
Ὡς εἰς ἔρημον καὶ τροφῆς ἀκαρπίαν
Μάννα γλυκάζον ἦτος ὁ τροφεὺς σῖτος
Ἰσραηλίταις φυγάσιν αἰγυπτίȣ
Νέȣ Φαραὼ καὶ διώκτȣ προσφάτȣ,
Ὡς ἀγγέλων τὸν ἄρτον ἐξ ἰσαγγέλȣ
Τȣ̃ μάρτυρος, δειπνȣ̃σιν αὐτοὶ τὸν σῖτον.
Φθανεῖ γεωργεῖν εἰς ἑκατὸν, ὡς γράφει,

Τὸν

† f. κατοπτῶσι.

V. 221. ἐκεῖθεν ἐξ ἑαυτȣ) i. e. ex tui ipsius corporis exemplo, cocti ac tosti a carnificibus, didicisti colyba coquere. Gnome est saeculo XIII. digna.

ἥδυσμα) i. e. ἄρτυμα. Namque quicquid ad saporem et gustum suaviorem conciliandum pertinet, id graecis ἥδυσμα dicitur. Conf. Salmasium exercitat. ad Solinum cap. 32. pag. 330.

V. 224. κατοπτȣσι) Ita scriptum pro κατοπτωσι. namque ab ὀπταω ducitur. Fuit autem S. Theodorus Amaseae combustus, et Gregorius Nyssenus pag. 1016. d. ac p. 1011. d. την φλογοτροφον ἐκεινην καμινον diserte nominat, qua ille fuerit consumtus. Vide infra Carmen VI, 6.

V. 225. ὡς ἀρτον· τῳ δέσποτῃ) Eadem imagine utitur S. Ignatius Antiochenus epist. ad Romanos §. 4. p. 27. σιτος ἐιμι τȣ θεȣ, δι' ὀδοντων θηριων ἀληθωμαι, ἱνα καθαρος ἀρτος ἑυρεθω τȣ Χριςȣ. Eandemque vocem sanctissimus vir, iam in amphitheatro bestiis obiectus Romae, repetiisse narratur ab Hieronymo de scriptor. eccles. cap. 16. *Cumque iam damnatus esset ad bestias, ardore patiendi, cum rugientes audiret leones*, ait,

frumen-

gratiose conuiuii apparator, tu forsan illic, ubi te, tanquam dulcem panem, tanquam triticum domino gratum, in medio igne torrebant carnium martyricarum tostores, ex te ipso didicisti coquere panem aestu carbonum, ad cibandos ac delectandos conuiuas. Ita! gratias habe pro fausta hac cibatione. Vti in deserto manna dulcissimum, sic hic nutritius cibus est in alimenti inopia, fugientibus nouum Pharaonem recentemque persecutorem Israëlitis, comedentibus eum tanquam angelorum panem e manu martyris angelorum simillimi acceptum. Centuplo sane fructu, ut scriptum est, salutarem vereque auream

frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis mundus inueniar. Credibile est, poëtastrum nostrum imitando exprimere studuisse istam Ignatii sententiam, quippe notam et multorum ore tritam, quam praeterea imitati fuerunt B. Lutherus OO. Ienens. germ. to. I. fol. 374. et B. Scriuerus in zufälligen Andachten, cent. II, 32. p. 251.

V. 229. *μαννα γλυκαζον*) Exod. cap. XVI.

V. 231. *προσφατα*) Hesychius: *προσφατον, το αρτιως γενομενον, νεον, νεαρον.* Iulianum igitur nouum persecutorem mystici Israelis vocat, alludens ad Exod. XIV, 23.

V. 232. *αγγελων τον αρτον*) In Sapient. XVI, 20. *αγγελων τροφη* pariter appellatur, sed a nostro ad Psalm. LXXVIII, 25. sine dubio respicitur: *Και εβρεξεν αυτοις μαννα φαγειν και αρτον ουρανου εδωκεν αυτοις· αρτον αγγελων εφαγεν ανθρωπος* etc.

V. 234. *ως γραφει*) *ut scribit*, nempe ille sacer scriptor. Ita enim malo explicare, quam mutare in *ως γραφη* aut in *ως γραφεν*. Respicitur autem ad Genes. XXVI, 12. aut potius ad Luc. VIII, 8. *και φυεν εποιησε καρπον εκατονταπλασιονα.*

V. 235.

Τὸν σωςικόν τε καὶ χρυσῦν ὄντως ςάχυν
Ὁ σῖτος ὗτος ὁ γλυκὺς οἷον σπόρος
Τῦ μάρτυρος σπείραντος ἐις ζῶσαν χθόνα.
Τὲς ἐκφύγοντας ἄρτον ἐβδελυγμένον,
Δρεψαμένες τε πίςεως ἐυκαρπίαν.
Ὡς τὴν τράπεζαν τῦ Ναυεχοδονόσορ,
Ὡς Ἀντιόχε τὰ συώδη τε κρέα,
Ὀυχ ἑπτὰ καὶ τρεῖς, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τρισμυρίες
Παραβάτε φεύγεσι δειπνοποιΐαν,
Παραβάτιν καὶ τήνδε τῶν ἐιθισμένων,
Δαιτύμονες κληθέντες ἀνελευθέρως,
Σῦ, μάρτυς, ἐξαγόντος αὐτὲς τῆς λύμης.
Ἀλλ᾽, ὦ τροφεῦ καὶ ῥῦςα καὶ πιςῶν σκέπη,
Ἐισὶ παρ᾽ ἡμῖν καὶ πάλιν ἄνδρες φθορέοι
Ἐν βασιλίδι τῇ πόλει Βυζαντίδι
Τυραννικὴ δύναμις, ἄνομον κράτος·
Ἰελιανὲς Ιταλὲς τέτες λέγω,

Τὸ

V. 235. χρυσεν - ςαχυν) Quorsum spectet aureum illud epitheton, nescio, nisi forsan ad *flauam* spicam Cereris aut flauae Cereris pulcritudinem. Alioqui omnia bella et pulcra constat appellata fuisse *aurea*. Conf. Theod. Marcilium in aurea carmina p. 328.

V. 240. τραπεζαν τε Ναυεχοδονοσορ) Ex Daniel 1, 8. Caeterum huius regis nomen alias Ναβεχοδ. scribitur: at literas αυ et αβ apud Graecos esse easdem, exemplis plurimis ostendimus in Himerio nostro Eccl. XXXVI, 4.

V. 241. συωδη κρεα) Ex. II. Maccab. VII, 1.

V. 242. ὑπερ τρισμυριες) Vide supra v. 93.

V. 245. ἀνελευθερως) i. e. qui non regali coena excipiebantur, imo ne pura quidem, sed dolosa et foeda, quae non liberum ingenuumque hominem decebat, nedum regem, et quae non munifice aut gratis praebebatur, sed maxima mercede religionis.

V. 247.

auream ſpicam reddit dulce illud triticum, quod martyr veluti ſemen in viuam tellurem ſpargit, nempe in eos, qui deteſtabilem fugientes panem, fidei metunt foecunditatem. Vt menſam Nebucadnezaris, utque Antiochi ſuillas carnes, ſed non ſepteni aut terni, potius plusquam tricies milleni conuiuae, illiberaliter inuitati, effugiunt Transgreſſoris coenam, quae pariter ipſa mores omnes transgrediebatur. Tu enim, martyr ſanctiſſime, eos ex peſte illa eripiebas.

Sed o nutritor, o liberator, praeſidiumque fidelium, ſunt etiam rurſus apud nos peſtiferi homines in regia vrbe Cptana, tyrannica praediti potentia imperioque nefario, nempe Latini illi vere Iuliani, qui gentem noſtram ad Apoſtatam

V. 247. *ῥυςα*) Heſychius: *ῥυςης, σωτηρ, λυτρωτης.* Iam enim ad S. Theodorum preces applicat poëtaſter, ab eoque tanquam ſervatore quodam ac tutelari deo petit liberationem Cpoleos et deſtructionem imperii Latinorum.

V. 248. *ἀνδρες φϑοροι*) *pernicioſi.* Vide Spanhemium ad Callimachum p. 119.

V. 250. *κρατος*) i. e. *dominus.* Sane pro imperatore vocem ponit Lucianus fine Philopatris §. 29. *τοιουτου κρατους ὑπηκοος*, *tam excellenti principi ſubiectus*: ubi plura dabit Cl. Io. Matth. Geſnerus to. III. p. 618. itemque Cl. Kypkius obſeruat. ſacr. I. Tim. VI, 16. pag. 369. Non immerito autem *ἀνομον* vocat, *non legitimos dominos*, quia Latini urbem manu ceperant armisque libertatem Graecorum oppreſſerant, legitimis dominis eiectis.

V. 252.

Τὸ φῦλον ἀναγόντας ἐις ἀποστάτην,
Μιαροτρώκτας, πνικτοφάγους, ἐμμύσους,
Χραίνοντας ἂυ τὸν ἄρτον, οὐχὶ τὸν κάτω,
Ἀλλὰ τὸν οὐράνιον ἄχραντον φύσει,
Ἄζυμον αὐτὸν ἐμφυρῶντας ἀλφίτοις,
Ἄψυχον ἔιπουν τὸν μόνον ζωοβρύτην.
Οὗτοι δὲ καὶ διψῶσιν ὑπὲρ διψάδας
Ἡμᾶς ἑαυτοῖς συμμολύνειν ἐις βάθος,

Ἐιδ'

V. 252. ἐις ἀποστατην) Vix dubito, quin Romanus Papa innuatur, quem Graeci tanquam desertorem fidei Christianae tyrannumque ecclesiae infamabant, et ad cuius obedientiam Graecos reducere Latini tentabant.

V. 253. πνικτοφαγους) Exprobrat Latinis Graeculus, quod sanguine animalium et suffocatis vescantur. Fuit quidem in prima ecclesia aeque latina ac graeca inde ab apostolorum aetate mos ille obseruatus, ut Christiani sollicite sibi ab esu carnium morticinarum et sanguine cauerent; quod leges veteres et Patrum loca, magno numero a Christ. Kortholto in pagano obtrectatore lib. III, 9. §. 41. p. 598. producta, satis declarant. Tamen cum non amplius metuendum esset, ne istis cibis Iudaeorum animi offenderentur, quorum causa iste mos ab apostolis sancitus esse videbatur, Christiani Latini non amplius causam superesse putabant, qua sibi talis abstinentia imperaretur. Quare iam S. Augustinus contra Faustum lib. XXXII, 13. to. VI. p. 484. asserit, istud praeceptum *a nullo Christiano* amplius obseruari et *qui forte pauci adhuc* tangere formident turdos aut minutiores auiculas, quarum sanguis effusus non sit, *eos a caeteris irrideri*. Atque inde inter Latinos nemo sibi religioni ducit aut cruorem animalium aut suffocatum animal comedere. Inter Graecos vero tenacius inhaeretur priscis moribus et proinde in Constantini Harmenopoli epitome Canonum sect. V. tit. 5, 14. p. 65. Gangrensis illa sanctio de abstinentia istarum carnium repetita legitur, quin et sub poena ciuili cibus ex sanguine,

veluti

tam seducunt, polluta edentes, suffocata vorantes, spurci homines, qui iterum panem contaminant, non quidem hunc vulgarem, sed coelestem illum natura mundissimum, dum eum non fermentatum pinsunt eoque inanimatum faciunt eum, qui solus vitam sustentat. Iidem magis sitienter, quam dipsades, contendunt nos secum fundi-

veluti scelus, prohibetur ab Imp. Leone novell. constit. 58. Hinc inter crimina a Graeculis obiecta Latinae ecclesiae, etiam hoc crebro exprobratur, quod Latini vescantur suffocatis, morticinis, impuris et spurcis animantibus; ut in Criminationibus ecclesf. Lat. §. 47. in Cotelerii monum. ecclesf. Graecae tom. III. pag. 505. et pag. 668.

V. 256. ἀζυμον) De pane fermentato magnopere litigatum fuisse inter Graecos ac Latinos, et innumera scripta de hoc argumento ab utraque parte emissa prostare, neminem fugit. Hodierni Graeci, ut testatur Thomas Smith in statu hodierno eccl. Gr. p. 103. mordicus retinent ἐνζυμον et negant ἀζυμον esse verum panem; namque et noster την ζυμην veluti animam vitamque panis esse arbitratur. In Confessione Orthodoxa quaest. 107. p. 166. idonea materia sacramenti postulatur ἀρτος σιτινος, ἐνζυμος, ὁσον δυνατον καθαρος, itemque in Confessione Metrophanis cap. 9. pag. 90. et Criminationibus lat. eccl. l. c. p. 507. Conf. Gust. Georg Zeltneri breviarium controuerf. cum Graecis cap. 10. p. 241.

ἀλφιτοις) Το ἀλφιτον est farinae massa iam aqua subacta et in panis formam compacta, nondum tamen igne cocta. Conf. Eustathium Odys. B. p. 37. et Salmasium exercit. Plinianis cap. 27. p. 231.

V. 258. διψαδας) De his vide Carmen III. in Imperatorem v. 8.

V. 259. ἐις βαθος) *penitus, totaliter.* Vide Spanhemium ad Callimachum p. 717. Gatakerum ad Antoninum

Εἰδ᾽ ἐν λιμαγχονεῖν τε καὶ τέμνειν ξίφει.
Πρόφθασον αὖθις, σῶζε τῆς κακουργίας,
Διπλῆν χορηγῶν τὴν τροφὴν τοῖς συνθέτοις
Εἰλικρινῆ τε καὶ ψιλὴν μιασμάτων
Τὴν πνευματικὴν, τοῦ λιμοῦ τε τὴν σβέσιν.
Ἐστὶ παρ᾽ ἡμῖν καὶ σατὰν ἀποστάτης,
Τύραννος ἄλλος καὶ θρασύτερον κράτος,
Ἐν ἡμέραις, καὶ ταῦτά γε ταῖς νησίμοις,
Σπεύδων μιαίνειν ταῖς τρυφαῖς ταῖς ἐκτόποις
Ταῖς ἐγγόνοις τε τῆς τρυφῆς ἁμαρτίαις.
Καὶ τοῦδε θραύσαις τὴν πικρὰν τυραννίδα
Καὶ τὰς ἐνέδρας καὶ λόχους ἀποκρύφους,
Καὶ τὰς προφανεῖς καὶ πρὸ ὀμμάτων μάχας·
Ἀμφίστροφος γὰρ ἐστὶ πρὸς πᾶσαν πάλην.
Καὶ δὸς καθαρὸν ψυχικῶν μολυσμάτων
Τὸν νήσιμον σύμπαντα παρελθεῖν χρόνον.

Τὰς

toninum lib. III, 4. p. 70. et I. F. Reizium ad Lucianum tom. I. pag. 609.

V. 260. *ἰιδ᾽ ἐν λιμαγχονειν*) Nonne potius *ἢ δ᾽ ἐν* aut *ἐντεῦν*. Verbum *λιμαγχονειν* est *famis angina afficere.* Gatakerus diss. de stilo N. T. cap. 4. p. 32. dicit esse verbum insolens a LXX. interpretibus nouiter effictum ad exprimendum Hiphil וירעבך Deut. VIII, 3. Prov. X, 3. apud Symmachum. Supra v. 218. nomen *λιμαγχονη* legebatur, quod cruciatum famis notat.

V. 261. *προφθασον*) Nescio, an poetaster praua imitatione forsan exprimere voluerit illud Psalmi XVII, 13. *ἀναστηθι κυριε, προφθασον αὐτους και ὑποσκελισον αὐτους.*

V. 264. *του λιμου*) Latini Cpoli rerum potiti pertinacioribus graecis et Papae parere recusantibus adimebant templa

funditus contaminare aut fame necare gladioue secare. Iterum opprime eos, serua nos ab eorum maleficio, ac geminum tuis foederatis suppedita nutrimentum, et spirituale illud sincerum vacuumque pollutione, et praeterea restinctionem famis.

Est etiam apud nos Satan apostata, alius tyrannus, cum ferociore imperio, qui contendit vel interdiu et esurialibus quidem his diebus polluere nos absurdis deliciis et ex deliciis nasci solitis peccatis. Etiam huius frangere velis acerbam tyrannidem insidiasque, et cum occultos impetus, tum apertas ac oculis expositas oppugnationes: est enim ad quoduis pugnae genus ancipiti vi versatilis. Efficias quaeso, vt totum ieiuniorum tempus possimus spirituali pollutione liberi transigere, qui tibi plaudi-

templa, honores, coenobia, reditus, patrium denique solum ipsum. Quo tempore monachos quosdam reditibus suis spoliatos vere famim perpessos fuisse, verisimile est.

V. 265. σατὰν ἀποστάτης) Iam supra declaraui, vix alium hic intelligi posse, quam Patriarcham latini ritus, Cpoli dominantem.

V. 268. τρυφαῖς ἐκτόποις) Latina ieiunia significantur, quae ventre pleno cibisque et vino distento celebrantur. Vide v. c. Criminationes lat. eccl. l. c. p. 505. 506. 509.

V. 273. ἀμφιστρόφος) Lexica hanc vocem ignorant, intelligitur tamen, significari eum, qui in omnes partes aequa agilitate versatur et ad quaeuis suscipienda aptus est.

Τὲς σὲ κροτȣ̃ντας, ὡς κροτήσωμεν πάλιν·
Ἀκȣ̃σον, Θύτα, τὲς λόγȣς ἐπευλόγει.

plaudimus, vt porro plaudamus. Audi quaeſo, ſancte vates, meaque verba rata habe.

V. 276. *σε κροτȣντας*) Sic Anacreon p. 88. ſ. *μεγα τον θεον κροτȣντες ἐπιληνιοισιν ὕμνοις.*

V. 277. *ἀρκȣσον*) Sic ſcribitur, non credo tamen id recte fieri, etiamſi explanetur per *iuua*, *fer opem.* Heſychius: *ἀρκει, προσαρκει, βοηθει.* namque et tum ſcribendum eſſet: *ἀρκησον.* Potius exiſtimo, legendum eſſe: *ἀκȣσον. audi.*



II. CAR-





II.

CARMEN
ΈΙΣ ΜΟΝΑΧΟΝ ΛΩΒΟΝ.



INTRODUCTIO.

Secundum carmen, quod edimus, auctorem habet MANVELEM PHILEN, idque inſcriptio ipſa declarat. Io. Henr. Maius biblioth. Vffenbach. pag. 587. qui unus, quantum ſcio, ex apographo Steinheiliano copiam notitiamque eius habuit, neque auctoris nomen, nec carminis argumentum neque inſcriptionem intellexit. Ita enim ſcribit: „ Aliud carmen, ſenariis LXIV. conſtans, cui titulus praefigitur: Τȣ φιλοϑεȣ (ſic enim puto legendam ſcribendi notam compendiariam φιλS in MSC. adhibitam) ἐις „ τον κακιςα παϑοντα μοναχον λωβον,

„ *τον κειμενον ἐπι τῃ πανηγυρει. Philo-*
„ *thei in monachum pessime tractatum et con-*
„ *tumeliose adfectum, publico omnium con-*
„ *spectui expositum.* Historia est martyris,
„ cuius nomen haud indicatur, misere a
„ tyranno quodam, quem pariter poëta non
„ nominat, interfecti membrisque crudelis-
„ sime mutilati. Incipit: Το σωμα τȣτο
„ κ. τ. λ. Mors generosa monachi sic de-
„ scribitur, v. 38. Ἐμπνȣς ἐκεινος κ. τ. λ. "
Haec b. Maius. At primum meis oculis fidem habeo, distincte legi in codice τȣ φιλῆ, terminali η supra lineam sublato. Praeterea si nota quoque illa S. adesset, non sane ius ullum esset, eam legendi ὀθεȣ, cum tale compendium plane ignotum Graecis sit. Porro nulla martyris historia adest, sed scriptum carmen est in monachum quendam illius aetatis, lepra corrosum exesumque, qui ad miserum corpus sanandum, ut Naaman Syrus in Iordane, sic in fonte suburbii Cptani lauarat, atque a B. virgine Maria, cui ille fons multis inclytus miraculis sacer erat,

sani-

ſanitatem exſpectarat, ſed cum fortior vis morbi fontana aqua eſſet, miſer ibidem iuxta illum fontem mortuus fuerat. Huius igitur monachi, cuius nomen ignoramus, fortitudinem, qua grauiſſimi morbi dolores ſuſtinuerit, celebrat poëta, tum eius felicitatem canit, qua depoſuerit et atteri conſumique paulatim paſſus fuerit corpus, ut peccati radix periret et ſeruaretur ſpiritus, denique eius memorat pietatem, quod inter ſummos dolores laudaverit deum.



Τοῦ Φιλῆ εἰς τὸν κακοπαθῆ μοναχὸν λωβὸν τὸν κείμενον ἐν τῇ Πηγῇ,

Τὸ σῶμα τοῦτο, κλῆμα, τοῦ θνητοῦ γένους, Ὁ

τον κακοπαθῆ) Sic legendum videtur, quamuis vox in codice minutis literis picta speciem habeat trisyllabicae *κτακαθη*. Vnde libentissime legerem *κατακαθη*, si id vocabulum in usu esset. Forsan in obscuritate huius male pictae uocis nomen monachi latet, *Ctapathis* alicuius aut Stapathis. Id tamen asseuerare possum, I. H. Maii scripturam *κακιστα παθοντα* prorsus esse falsam et a literarum ductibus nimis abhorrere. Mea autem lectio verisimilis sane est, cum quod vox *κακοπαθης* usitata est, tum quod argumento poëmatis consentanea: significat enim *miserum calamitatibusque afflictum*.

λωβον) Maius vertit: *contumeliose affectum*. Ἡ *λωβη* quidem *contumeliam* et *ignominiam* notat, Hesychio et Eustathio ad iliad. A. p. 91. auctoribus, ut apud Himerium Orat. IV, 6. *ἐι δε ἀλλην τινα λωβην τε και λοιδοριαν προσαπτοντες*. Sed praeterea, et maxime apud recentiores Graecos foedissimum *leprae morbum* significat. Suidas: *λωβη, ἐιδος νοσου· και λωβος, ὁ ταυτης μετεχων*. Vide Fresnii glossar. graecum p. 834. et nostrum Aeneam Gazaeum §. 84. Hunc vero significatum satis confirmat uniuersum poëma, quippe quo lepra, veluti gangraena proserpens, cuncta hominis membra corrosisse narratur.

ἐν τῃ πηγῃ) Miror, unde excogitata sit Maii lectio *ἐπι τῃ πανηγυρει*, cuius nec vola nec vestigium in codice extat, et quae praeterea cum poëmatis argumento minime conspirat. *Κειμενος* non *expositum*, sed sepultum ac prostratum notat. Ἡ *πηγη* autem coenobium *Peganum* est. Nomen et celebritatem habebat a fonte, quem in campo amoenissimo situm ac limpidissimam aquam large effundentem Leo Thrax, qui postea imperauit, tum adhuc priuatus erat, diuina uoce monitus reperit,

MANVELIS PHILAE CARMEN IN MONACHVM LEPROSVM, GRAVISSIME AFFECTVM AC IN PEGA SEPVLTVM.

Hocce corpus, mortalis generis surculus fuit, qui

reperit, ac medicam eius vim, cum caecus homo, quem eo adduxerat, undis lotus visum recepisset, agnouit; ut narrat Nicephorus Callistus hist. eccl. lib. XV, 25. p. 626. Addit idem, prodigiales fontis vires postea pluribus miraculis perspectas fuisse, ac seipsum peculiari libello, quem intercidisse minime dolemus, de prodigiis illis exposuisse. Και θεια χαρις τῳ ὑδατι ἐπιρρευσασα ἐνεργες αὐτικα ἐδεικνυ καὶ προς γονας θαυματων ἐρρωμενεστερον. Vnde Ioannes Cantacuzenus hist. lib. II, 20. p. 261. magnificentissimo eum elogio mactat ac non solum πηγην ἀφθονων ἰαματων vocat, sed etiam την ζωοδοχον πηγην. την μαλλον ἰαματα ἡ ναματα βρυουσαν. Narratur a Nicephoro Gregora lib. IX. p. 310. et Cantacuzeno lib. II, 17. p. 250. Andronicus iunior lethali morbo in Bithynia affectus, huius fontis θειον ναμα postulasse, allatoque eo caput perfudisse ac statim conualuisse. In illum fontem extat epigramma nostri Philae non illepidum, quod ex Du Cangii Cpoli Christiana lib. IV. c. 15. repetitum exhibebo infra carmine X. Fuit autem mirabilis iste fons in medio templo B. Virginis, tanquam formae quadratae puteus atque in eum viginti quinque gradibus marmoreis descensus patuit. Aedificiis postea destructis, fons tamen mansit atque adhuc sub Turcis manet, ut affirmat Gyllius topographia Cpoleos lib. IV, 8. p. 419. Du Cangius l. c. p. 184. et Iac. Gretserus notis ad Cantacuzenum p. 919. Situm eius si quaeris, erat in prato amoenissimo ante muros Cpoleos in suburbio Blachernarum iuxta Aureas portas, ut praeter Nicephorum Callistum, pag. 626. Procopium de aedificiis Iustiniani lib. I, 3. pag. 12. aliosque veteres docet Du Cangius, p. 183. Repertus autem a Leone Magno fons statim fuit repurgatus et super eo aedificium exstructum et templum B. Virgini dicatum, teste Nicephoro Callisto.

 Postea

Ὁ βλαςὸν ἐξήνεγκεν ἐυχαριςίας,
Ῥιζῶν ἀγαθῶν ἐυτυχῆσαν ἰκμάδας.
Εκτέμνεται γὰρ τῶν μελῶν τὰς ἀκρίδας
Ἀκμαῖς ὀδυνῶν τμητικῆς λώβης ξένε,
Καὶ ταῖς ὀρυγαῖς ἐνσκαφέντων τραυμάτων.,
Καὶ κατασαπὲν τῆς νομῆς τῇ κοπρίᾳ

Καὶ

Poſtea, eodem teſte, Iuſtinianus Imp. addidit maximum et ſplendidiſſimum templum, quo aedificium Leonis obſcurabatur, et quod copioſius deſcribit laudatus Procopius. Vnde Anonymus antiquitatum Cptanarum auctor lib. III. pag. 56. non veretur ſcribere: την Πηγην ἐκτισεν Ἰυςινιανος. Inſtaurauit hoc templum Baſilius Macedo, teſte eius nepote Conſtantino Prophyrog. in vita Baſilii cap. 54. pag. 140. Και τον ἐν τῃ Πηγῃ της Θεομητορος θειον ναον διαπτωθεντα και το ἀρχαιον ἀποβαλοντα καλλος ἀνανεωσατο τε και ὑπερλαμποντα μαλλον, ἡπερ το προτερον ἐδειξεν. Etiam poſtea aliquoties renouatum fuit, vt diligentiſſimus Du Cangius p. 184. monet. Huius autem Pegani templi mentionem plurimam reperimus apud ſcriptores omnes Byzantinos, ſimulque intelligimus ipſam B. Virginem inde *Pegam* ſeu Fontem appellari conſueuiſſe. Non ſolum Nicephorus Gregoras lib. VIII. p. 252. et lib. IV. p. 60. nominat τον ναον της θεομητορος της Πηγης, ſed etiam Cantacuzenus lib. II, 20. p. 261. narrat Andronicum iuniorem, ſanitati reſtitutum, Cpolin profectum eſſe ad gratias agendas τῃ Μητρι τȣ θεȣ τῃ ζωοδοχῳ πηγῃ. Porro cum templo coniunctum erat coenobium, quod Du Cangius p. 184. a viris habitatum fuiſſe, ex Anna Comnena probat, idque huius leproſi monachi exemplo comprobatur. Nihilominus et Virginum coenobium ibidem quondam fuiſſe, ſaltim Zenonis Iſaurici temporibus, abunde cognoſcitur ex Suida, voce λογγινος. Praeterea in vicinia erat palatium *Peganum* ſeu *Philopatium*, a Baſilio Macedone conditum, quo imperatores cum venationis ſtudio, tum ob ſummam loci amoenitatem crebro commigrare ex vrbe ſolebant: de eoque inter caetera ſuburbana palatia tam copioſe et accurate expoſitum video a laudato Du Cangio in Cpoli Chriſtiana lib. IV, 12. p. 172.

qui germen protruſerat diuinarum laudum, cum eius radicibus boni humores contigiſſent. Exſcindebantur quidem ei membrorum ſumma mirum in modum acutis leprae id corrodentis doloribus et impreſſorum vulnerum ſulcis; tamen, utut foetore corruptionis putreſceret, obſcureque iam

p. 172. vt quicquam addi nequeat. In hoc igitur Pegano monaſterio ſepultus fuit noſter monachus, qui eo veluti ad ſtagnum Betheſdae conceſſerat, vt a B. Virgine vitalibus eius fontis vndis ſanaretur atque a lepra purgaretur: atque hanc ob cauſam v. 30. cum natante piſciculo comparari videtur.

V. 2. βλαςον ἐυχαριςιας) i.e. mortale hoc corpus ad gloriam laudemque ſui conditoris vixerat; maxime cum doctrinas Chriſti praeceptaque virtutum, tanquam ſalutares humores, imbibiſſet.

V. 4. μελων τας ἀκριδας) Haec vox omnibus lexicis et gloſſariis, quae quidem conſulere potuerim, ignota eſt. Namque ἀκριδες *locuſtae* huc plane non pertinent. Vnde aliquando ſuſpicabar, legendum eſſe, τας ἀκιδας, *cuſpides membrorum*, ſicuti v. c. in Anthologia lib. VII. p. 590. ſcribitur: ὀνυχων ἀμφιτεμων ἀκιδας. At nihil equidem mutandum cenſeo: intelligitur enim vocabulum et Philae ſaltem vſitatum eſt. Namque infra carm. VIII, 169. ſummos palmarum ramos vocat ἀκριδας· et carmine IV, 150. ſarmentorum in vite extremas cuſpides appellat ἀκριδας. Eodem modo membrorum extremos articulos, qui ſolent a lepra erodi, hic nominat ἀκριδας et paullo poſt v. 33. ἀκρωτηρια, i. e. τα ἀκρα των μελων.

V. 5. ξενε) Alloqui potuit poeta hoſpitem ac viatorem, vt fieri ſolet in ſepulcralibus monumentis; tamen commodius legi putauerim ξενως, *mirabiliter*.

V. 6. ὀρυγαις) pro ὀρυχαις aut ὀρυξεσι. Διορυγας appellat Chryſoſtomus orat. V. ſtatuarum p. 491, 38. to. VI. illa laterum vulnera, quae Iobo inflicta fuerint.

Καὶ ζῶν ἀμυδρῶς καὶ ψυχῆς ἴσχον ζέσιν,
Καθ' ἧς ὁ χειμὼν ἐν. ἐπῆλθε τῆς νόσου,
Εἰς τὴν ἀληθῆ κατέμεινεν ἄμπελον,
Τῇ γῇ δὲ χωσθὲν ὑπερανθήσει πάλιν,
Ὡς ἂν ὁ καρπὸς ἐκφυῇ τῆς ἐλπίδος.
Ἦ φυτὸν ἦν ἔνικμον εἰς ὥρας ἔαρ
Καὶ φυλλομανοῦν τῇ χλιδῇ τῶν πραγμάτων,
Οὗ τοὺς περιττοὺς ἐξεκάθηρε κλάδους
Τὴν ῥίζαν ἀφεὶς τῆς ψυχῆς ὁ δεσπότης·
Καὶ νῦν μαλακὴν ἐνδιδύσκεται σκέπην,
Μεταφυτευθὲν ὅπερ ἀνθοῦν οὐ φθίνει.
Ὦ πύργος ἑστὼς πρὸς τὰ ῥεῖθρα τῆς νόσου
Καὶ μὴ κλονηθεὶς ταῖς πνοαῖς τοῦ κινδύνου!
Ὦ πέτρα μὴ θρυβεῖσα τὴν ἔνδον βάσιν,
Καθάπερ ἀδροῖς † ἐγκοπεῦσαι τοῖς πόνοις!
Ὦ νοῦς πλατυνθεὶς ἐν στενῷ τοῦ σαρκίου,
Καὶ μὴ χαλασθεὶς μηδ' ἀμείψας τὸν τόνον!
Οἷος μαχητὴς ὑπὸ τύμβον ἐκρύβη
Κτείνας τὸν ἐχθρὸν τῆς νόσου τῇ μάστιγι!
Νῦν οὗτος ἀνήρ· τὸν γὰρ ἔμπροσθεν χρόνον

Ἄσημον

† l. ἐγκοπεῖσα.

V. 7. νομης τῃ κοπριᾳ) *squalore destructionis suae.* Namque νομη h. l. est διαιρεσις, μερισμος, κοινη, vt Hesychius habet, seu ipsa vis morbi, qua absumebantur et mutilabantur computrescentia membra, vti apud Chrysostomum orat. VI. statuarum p. 508, 3. ἡ σηπεδων και ἡ νομη των ἑλκων coniunguntur. Κοπριαν vero nominans poeta sine dubio respicit ad calamitates Iobi ἐπι της κοπριας sub vrbe sedentis, Iob. II, 8.

V. 10. εἰς την ἀμπελον) Locutio ex Ioh. XV, 4.

V. 14. τῃ χλιδῃ των πραγματων) i. e. vt vites interdum sarmentorum multitudine ac spissitate damnum accipiunt, foecunditate impedita, sic corpus hominis valetu-

dinis

iam vitam retineret, ſeruato tamen valido animae ardore, in quam tempeſtas morbi haud irruerat, verae inſertum viti manſit: unde iam obrutum terra aliquando ſuper ea refloreſcet, ut ſpei bonae fructus enaſcatur. Fuerat ſane planta haec in flore ſuae iuuentutis ſucci plena, et tanquam foliorum denſitate, ſic negotiorum humanorum affluentia luxuriabatur: ex ea autem vineae dominus, relicta animae radice, ſuperflua recidebat ſarmenta. Nunc ea molle ſubiit tugurium, quo transplantata floret, et nunquam marcet.

Tu tanquam turris fluctibus morbi reſiſtebas, nec ventis periculi ullius concutiebaris. Tu petra eras, quippe validis infixa laboribus, cuius interius fundamentum non labefiebat. Tua mens in anguſta carne dilatabatur, non relaxabatur aut contentionis ſuae ullam remiſſionem patiebatur. O quantus bellator ſub hoc latet tumulo, qui hoſtem flagro morbi occidit! Nunc tandem vere vir eſt: prius enim informe erat ſpectrum

dinis ſuperfluae robore et rerum humanarum amore et negotiorum multitudine praepeditur, ut animus ſapere et coeleſtia cogitare parum queat. Quare ſalutaris ὁ ὀλεθρος της σαρκος, ἱνα το πνευμα σωθῃ, ſecundum Paulum 1. Cor. V, 5.

V. 22. ἐγκοπευσι) Hoc quidem nihil eſt. Sine dubio legendum: ἐγκοπεισα, *in fundamentum impacta ac intruſa.* Namque ἐγκοπτειν τι eſt *vi infigere et immittere quid tundendo*, ut palum in terram, clavum in parietem, etc.

V. 26. τον ἐχθρον) Hoſtem intelligit peccatum et ad peccata propenſionem mortalium.

V. 28.

Ἄσημον ἦν δήπουθεν ἐμπνέον τέρας.
Πῶς; ἵνα φανῇ πνευματικὸς ὀκτάπους
Ἐν τοῖς θεοῦ κρίμασι τὴν νῆξιν φέρων,
Προὔθηκεν πᾶν ἕτοιμον εἰς λώβην μέλος,
Μὴ παρασυρῇ τῶν παθῶν τῇ προσχύσει.
Πῶς ἐν περιτμήμασιν ἀκρωτηρίων
Ἀνεῖλε λαβὼν τὸν σατὰν τὸν αὐθάδη;
Μᾶλλον δὲ πῶς ἔθυσε τὴν ζῶσαν πλάσιν;
Τῷ † δημιουργῷ τὸν δριμὺν πείσας πόνον,
Μὴ χοῖρος ἐλθὼν συμπατήσῃ μαργάρους.
Ἔμπνους ἐκεῖνος οὗτος ἀρετῆς τύπος

Καί

† l. δημιουργῷ.

V. 28. ἄσημον - τερας) Sic intelligo: nunc ille demum verus homo euasit, postquam mortalitatis exuuias gloriosa morte exuit; antea non homo, sed magis vmbra hominis erat, membris et carnibus trunca, et spirans quoddam simulacrum atque informe spectrum.

V. 29. ὀκταπους) Du Cangio teste in glossario graeco, ὀκταποδη seu ὀκταπόδιον est ostrei genus, piscis sanguine carens, seu polypi species, qui in cibum Graecis frequenter apponebatur. Eustathius ad Odyss. E. p. 1541, 8. ὁ πολυπους ὀκταπους καλειται κοινοτερον. Atqui ita etiam ab hodiernis graecis vocatur, propter octenos cirros seu pedes. Vnde in epigrammate Antiphili Byzantii Anthologiae lib. I, c. 40, 2. polypus ὀκτατονους ἕλικας dicitur habere. Mihi vero vix dubium est, quin Phile octapodis nomine innuat hic illud polypi genus, quod alias *nautilus* vocari solet, et de quo praeter Aristotelem atque Aelianum consuli potest Athenaeus deipnosoph. lib. VII. p. 318. et Fortunius Licetus hieroglyphicis cap. 169. p. 403. sq. ipseque Phile carmine in nautilum, quod praeterquam in recentiore editione Pauwiana p. 341. etiam in Obseruat. miscellan. Amstel. to. II. p. 385. editum est. Cur autem mutilum monachum cum octapode comparet poetaster, non satis apparet. Narratur polypus esuriens suos ipsius cirros seu pedes circumrodere, sed mox reparare damnum, alimento aliunde sumto. Ita circumrosa sua membra

sensit

ſpectrum, quamuis ſpirans. Vt enim eſſet ſpiritualis quidam polypus piſcis, atque ut in dei iudicio natandi facultatem haberet, neque unquam alluentium perturbationum impetu abriperetur, quoduis membrum ſuum promte porrexit leprae depaſcendum. O quomodo tum, cum extrema eius membra circumquaque circumciderentur, prehendit et ex medio ſuſtulit Satanem illum faſtuoſum! Immo quomodo is immolauit ſe totum viuumque ſuum corpus opifici deo, acutiſſimos dolores perpeſſus, ne accedens forſan porcus conculcaret

ſenſit monachus, quae in reſurrectione mortuorum renaſcentur. Narratur vero nautilus teſta inuerſa in dorſo natare et pedes ſuos ſupra aquam protendere, duobus modo pedibus ad remigandum adhibitis. Sic etiam monachus, vt in iudicio dei corpus ſuſtinere ac natare poſſit, non merſus irae diuinae procellis, exerit protenditque membra ſua, tanquam ad natationem ſalutemque inutilia, eademque depaſci a lepra ſinit.

V. 36. πειθεις πονον) Interpungendum ſic eſt: πλασαν τῳ δημιεργῳ; τον δ. κ. π. Alludere ſane poeta videtur ad verba Paulli Rom. XII, 1. παραστησαι τα σωματα ὑμων, θυσιαν ζωσαν, ἁγιαν, ευαρεστον τῳ θεῳ. Igitur dicit, monachum pium immolaſſe corpus ſuum conditori deo et dolores laboresque ſuos vni conſecraſſe deo, ac minime ſancta membra proieciſſe profano mundo ac Satanae et peccatis, tanquam porcis, eadem conculcaturis.

V. 37. μη χοιροις) Ex Matth. VII, 6.

V. 38. αρετης τυπος) Eodem modo de Procopio rhetore ait Choricius in Fabricii biblioth. Gr. to. VIII. pag. 844. ἔφης δ' αν Δημοσθενους τυπον εις ανθρωπους ελθειν. Et Iſidori philoſophi faciem Damaſcius apud Photium cod. 242. p. 1029. appellat Ἑρμου λογιου τυπον ἱερον, eodemque prorſus elogio Prohaereſium rhetorem mactat Eunapius p. 115.

V. 40.

Καὶ μαρτυρικὸς ἀνδρείας, ὁ γεννάδας
Ἀχεὶρ παλαιστὴς καὶ στεφανίτης ἄπους,
Ὀφθαλμὸς ὀξύτατος, ὀμμάτων δίχα,
Νεκρός τε καὶ ζῶν καὶ ῥινότμητος γίγας,
Καὶ νυμφίος κάλλιστος, οὐκ ἐκ παστάδος
Ἀλλὰ χθαμαλῆς καὶ στενῆς τινος κλίνης,
Ἰχῶρσι καὶ μώλωψι καὶ σήψει βρύων.
Ἵνα δὲ σαφῶς ὀργανώσω τὸν μέγαν,
Λείψανον ἦν σώματος ἢ ζῶν τι κρέας,
Ὃ δὴ καταλέλοιπεν ἡ νόσος. μόλις,
Κόρον τρυφῆς λαβοῦσα, μὴ καμῇ πλέον,
Ἢ † σπόγγος ἀργὸς τοῖς ὀπαῖς παραπνέων.
Ἀλλ᾽ εἶχε λαλεῖν τὴν Θεοῦ δόξαν μέλος,
Σοφῶς ἐπαινῶν τοῖς παροῦσι τοὺς πόνους·

Ὡς

† f. ἦν.

V. 40. στεφανιτης) Hoc vocabulo quidem plerumque certamen coronarium designatur, tamen et victor in tali certamine, qui stadium currendo coronam reportauit, connotatur interdum, vt apud Suidam v. Ἰωβ, et apud Io. Chrysostomum Orat. I. statuarum to. VI. p. 456, 2. Atque Dux Cantacuzenus, victoriis bellicis clarissimus a nostro in Carmine V. saepe στεφανιτης seu *triumphalis imperator* vocatur.

V. 42. ῥινοτμητος γιγας) Male haec componuntur, non oxymoro, sed moria quadam: nam procerae gigantis staturae, praecisis naribus, nihil decedit. Infra Carmine V. ὁ γιγας saepe *fortem heroëm* denotat.

V. 45. ἰχωρσι) Vt Iobus cap. II, 8.

σηψει βρυων) Ita datiuo verbum iungitur etiam apud Suidam v. βρυει. Δεδοικα μη βρυων ἑλκεσιν ἱστακγεις το ἀνιατρευτον. Plura exempla dat Spanhemius ad Aristophanis nubes v. 46. Addo vnum Himerium Orat. XXXIV, 7. ἡδυς και λειμων παντοιοις βρυων τοις ἀνθεσι.

V. 49. κορον τρυφης) Τρυφην idem esse ac libidinem et petulantiam cum iniuriis et insultibus coniunctam, docemus

culcaret uniones! Spirans virtutis ſimulacrum hic heros erat, inter martyres columna, luctator manibus priuus, ſtadii victor ſine pedibus, acerrimus absque oculis oculus, mortuus ſimulque vivus, naribus truncatus heros ſponſusque pulcerrimus, non quidem ex thalamo, ſed in depreſſo anguſtoque lectulo ſcatens ſanie, vibicibus ac tabo. Vt vero clarius effingam magni illius viri formam, cadaver is magis erat, quam viva caro, idque morbus, petulantia ſua tandem ſatiatus, ne amplius fatigaretur, aegre reliquerat: erat potius iners ſpongia ex poris ſuis undique exſpirans. Veruntamen habebat membrum de dei gloria vocale, ſapienterque praedicabat adſtantibus amicis aerumnas

cenmus in Himerio noſtro Ecl. XII, 2. Confer etiam Aeneam Gazaeum §. 88. Quod autem hic ſequitur, μη καμην πλειν, ſic intelligo, morbi vim patientia monachi fuiſſe fatigatam adeoque taedio laſſitudinis et moleſtiarum ſponte remiſiſſe, quia morbus plus laborauerit, quam aegrotus.

V. 50. ὅπως πνευματων) i. e. ſicuti vetus et lacera ſpongia ventum continere nequit, ſed ex omnibus foraminibus ſuis ſpiritum, ſed tenuem, efflat; ita miſer ille non corpus, ſed ſpongia eſſe videbatur, dum pulmones putreſcentes officium non faciebant, ſpiritumque vitalem vndique efflabant, ipſa etiam caro ſpongioſa et vlceroſa infinitis fiſtulis penetrari et permeari cernebatur.

V. 51. λαλων-μελος) I. H. Maius hunc verſum tranſcribit ita: λαλων την θ. δόξαν ἐντὸς. *eloquebatur gloriam dei intra ſe ipſum*, quam ego non vituperarem lectionem, ſi in codice extaret. At perſpicua eſt codicis ſcriptura et recta, qua monachi illius *lingua* deum voce laudaſſe et praeſentibus amicis, τοις παρουσι, dolores ſuos praedicaſſe ſcribitur.

V. 55.

Ὡς ἂν μάθης, ἄνθρωπε, τὰς λύπας φέρειν,
Καὶ μὴ ῥαθυμεῖν ἀγνοῶν τὸ συμφέρον,
Κἂν μακρὸς † ἐκτρίβησε τοῖς πόνοις χρόνος.
Νυνὶ γὰρ αὐτὸς ἐκδραμὼν τοῦ λειψάνου,
Μετὰ χρόνον δή τινα συχνὸν τῆς νόσου
Τοῖς ἀγγέλοις σύνεςι, φῶς ἄλλο βλέπων,
Ἐις τὴν ἁπαλὴν καὶ διάβροχον πόαν,
Ἔνθα τρυγᾷ τὰ δένδρα τῆς ἀφθαρσίας.
Ἴσως τι καινὸν καὶ γραφῆς περὶ λέγεις·
Ἀλλ᾽ ἰσχνοφωνεῖς ὑπὸ τῆς λώβης πάλιν,
Πλὴν εὐχαριςεῖς· εἰ δὲ σιγᾷς, οὐ ξένον,
Τοὺς γὰρ πόνους ἔμαθες εὐψύχως φέρειν.

† f. ἐκτρίβη σε.

V. 55. ἐκτρίβησε). Diſtincte ſcribendum: ἐκτριβη σε τοις πονοις, *quamuis diuturnum tempus te aerumnis exerceat.*

V. 59. εἰς την ἁπαλον κ. δ. π.) i. e. in paradiſo coeleſti. Conf. Carmen I. v. 56. Fortaſſe ſimul alludit poëta ad amoeniſſimum et irriguum pratum Peganum.

V. 61. τι καινον) Videtur reſpicere poeta ad την ᾠδην καινην in Apocal. V, 9. et XIV, 3.



aerumnas ſuas, ut diſceres, mi homo, triſtia quaeque ferre, neque inſcitia eorum, quae tibi conducant, indignari, quamvis diu aerumnoſis laboribus exagiteris. Nunc enim ipſe poſt diuturnam morbi moram ex cadavere evolauit et inter angelos receptus lumen aliud in molli et irriguo prato conſpicit, unde poma perennis vitae decerpit. Sine dubio et nouum quid ibi de ſcriptura ſacra commentaris: veruntamen iterum ob lepram tenuiter vagis: imo gratias dicis. Si tamen ſileres, mirandum non foret: aerumnas enim aequo animo ferre didiciſti.

V. 62. ἰσχνοφωνεις) Moſes ſe ἰσχνοφωνον vocat in Exod. IV, 10. VI, 30. atque etiam Procopius de aedificiis Iuſtiniani p. 1. vſurpat γλωσσαν ἰσχνοφωνον και τραυλιζουσαν. Etiam legitur v. c. apud Georgium Piſidem de mundi opificio v. 1839. de Sergio patriarcha dictum: κἂν ἐστιν ἰσχνοφωνος ἐξ ἀσιτιας.

V. 63. πλην ἐυχαριστεις) i. e. Nihilominus ob ipſos dolores deo gratias agis, non murmuras.







III.

CARMEN IN IMPERATOREM.



INTRODVCTIO.

Tertium carmen plurimis obnoxium difficultatibus eſt, quia et, cui ſcriptum ſit, ignorari videtur, et proïnde quoque, an a noſtro Phile ſcriptum ſit. Proſcriptum in codice eſt: *τȣ ἀυτȣ ἐις τὸν ἀυτοκρατορα βασιλ.* Truncata peſſimo graeculorum more extrema vox ancipitem relinquit lectionem, vt merito dubitetur, *βασιλέα* legendum ſit, an *βασίλειον*. Peruerſus is compendiorum amor multas turbas dedit. Simillimum ego exemplum notaui in Sophiſta Himerio, cuius tertiae declamationis inſcriptio *ἐις βασιλ* ſic lecta fuit a Fabricio, Maio, Langbainio, Heiſingero

ſingero caeteriſque eruditis, vt eam in Imperatorem, quem Iulianum Apoſtatam credebant, ſcriptam putarent. At eam ἐις Βασιλειον, in Proconſulem Achaiae Baſilium dictam eſſe, argumentis omni exceptione maioribus demonſtraui. Inueſtigandum igitur erit, utra ſcriptura noſtri loci verior ſit, et utrum carmen in Baſilium Aug. ſcriptum ſit, an in alium quendam, cuius nomen ignoretur, imperatorem. Vtriusque ſuſpicionis rationes expendamus.

II. Primo quidem, BASILIVM hoc carmine celebrari, ex his forſan colligas. Inſcriptio non uno honoris nomine contenta, aut προς τον ἀυτοκρατορα ponit, ut ſit in carmine ſeptimo, aut ἐις τον βασιλεα, ut ſit in carmine octauo, ſed coniunctim ea exhibet ἐις τον ἀυτοκρατορα βασιλ. Vt omnino poſterius nomen viri, non dignitatis, eſſe videatur. Deinde quaecunque in hocce carmine de Imperatore dicta reperiuntur, conueniunt perſonae Baſilii Porphyrogenetae, nec verbum ullum extat, quin huius aetati ac perſonae accommodari queat. Cum enim duo imperauerint Baſilii, de ſeniore Baſilio Macedone plane non poteſt hic cogitari, partim quod id genus verſuum politicorum, quo verſi-

 ficator

ficator hic utitur, illius aetate inauditum fuisse constat, partim quod mentio celebrium προπατορων, quae v. 73. extat, ei non conuenit, quandoquidem Basilius parentibus obscuris in Macedonia prognatus et in captiuitate apud Bulgaros educatus fuerat, teste Zonara lib. XVI, 6. pag. 163. partim quod hic Basilius non unum habuit παρεδρον, qui v. 90. nostro Imperatori tribuitur, sed tres collegas filios, neque ex illo παρεδρω nepotes vidit. Vide Du Cangium famil. Byzant. cap. 19. p. 138. Relinquitur Basilius alter, Romani iuuenis filius, Constantini Porphyr. nepos, Leonis Sapientis pronepos, Basilii superioris abnepos, qui cognomine Porphyrogenetae vocari solet, atque a Niceta Choniata in Isaacio lib. I, 6. pag. 404. et a Niceph. Gregora lib. I, 2. §. 2. p. 15. etiam ὁ βελγαροκτονος appellatur, ac post Ioannem Zimiscem inde ab anno 976. secundum Pagium, (in crit. Baron. 975. §. 13. p. 37.) usque ad annum 1025. una cum fratre Constantino VIII. regnauit. Huic igitur Basilio apprime conueniunt, quae in carmine de laudibus τε αυτοκρατορος memorantur. Non enim solum illa summa prudentiae, solertiae industriaeque in administratione reip. laus, quae per totum carmen sparsa reperitur, a Mich. Psello

apud

apud Pagium (an. 976. §. 5. p. 39.) et Zonara lib. XVII, 7. p. 222. aliisque confirmatur, ſed etiam, quod v. 64. abſtinentia a pretioſo ſumtuoſoque veſtitu commendatur, totidem fere verbis Zonaras l. c. atteſtatur: της βασιλικης αβροτητος κατεφρονησε και των λαμπρων επιβληματων απεχετο. Quod praeterea de domitis rebellibus v. 52. canitur, id de Selero Barda et Barda Phoca, quorum uterque diuerſis temporibus purpuram ſumſerat, intelligi poteſt. Vide Zonaram et Cedrenum p. 566. et p. 574. Hoſtes profligati ab eo, intelligi poſſunt Bulgari, quos ad internecionem caecidit Baſilius ὁ βουλγαροκτονος, capta etiam Achrida, capite gentis, regumque familiis extinctis. Religioſa veneratio B. Virginis, quam fine poëmatis celebrari videmus, etiam Baſilio non male conuenit, quem Cedrenus p. 591. f. narrat, Athenis τα της νικης ευχαριστηρια τη Θεοτοκω perſolviſſe, e Bulgaris victorem reuerſum. Denique quod v. 73. Imperator dicitur ſuum προπατορα ciuibus reddere, egregie locum inuenit in Baſilio, quippe Conſtantini Prophyr. eruditiſſimi et optimi principis nepote. Poſtremo, quod v. 90. poëta optat, vt Imperator ex collega videat alios collegas ſerosque poſteros, id quoque per-

ſonae Baſilii aptum eſt: quippe qui collegam imperii habebat Conſtantinum fratrem, cui tamen praeter nomen dignitatis nihil reliquerat, ex eoque exſpectare poterat ſucceſſores, cum ipſe uxorem liberosque non haberet: ſaltim ſcriptores de eius nuptiis et uxore ſilent. Hactenus vidimus, quaenam argumenta nos inducere poſſint ad carmen Baſilio Porphyrog. tribuendum. Nunc porro conſideremus, quid huic ſententiae obſtet.

III. Primum codex Auguſtanus perſpicue tribuit hoc carmen Philae; eiusque auctoritas, quippe antiqui et unici et a temporibus poëtae ipſius parum remoti, ſanctiſſima eſſe debet, nec repudiari unquam, niſi grauiſſima ratio afferatur: praeſertim cum codicis teſtimonium ſtili conditione abunde confirmetur. Quodſi Philae carmen eſt, ſcriptum in Baſilium eſſe non poteſt. Deinde, ſi Baſilius imperator ſignificandus fuiſſet, haud ſcio, anne linguae graecae indoles aliam verborum collocationem in inſcriptione popoſciſſet: ἐις Βασιλειον τον ἀυτοκρατορα. Porro iſtum Baſilium affirmat Zonoras l. c. *nullam doctorum virorum habuiſſe rationem ipſamque doctrinam rem inutilem et ſuperuacaneam iudicaſſe.* Idem

Idem confirmans Mich Pfellus apud Pagium l. c. pag. 39. *Mirari fubit*, inquit, *quod cum imperator fic humaniores litteras omnemque in iis diligentiam flocci faceret, haud exiguus per illius tempora philofophorum ac oratorum extiterit prouentus.* Quodfi igitur Bafilius tanta contemtione bonas artes neglexit, verifimile plane non eft, poëtam vllum voluiffe eum fuis carminibus celebrare, aut carmen, quod neglectum iri praeuidebat, eius nomini infcribere. Caeterum iftas fimilitudines, quas fupra expofui et quarum refpectu Bafilium Porphyrog. cum hocce imperatore carminis comparari poffe oftendi, quilibet videt, minime tales effe, quin et ad multos alios imperatores transferri queant: adeo ut iftis rationibus a mutanda fententia reuocari debeat nemo. Eft igitur hoc carmen et a Phila profectum et non pertinet ad Bafilium.

IV. Ad quem ergo tandem alium, inquis, imperatorem? Facilis inueftigatio erit. Cum enim Phile, quod fupra praefulciebamus, non nifi fub ἈNDRONICIS floruerit, in alterutrum eorum fcriptum carmen fuiffe oportet, in eum nempe, cuius perfonae ea, quae in carmine leguntur, conueniunt. Atqui nepos Andronicus col-

legam non habuit, neque posteros nepotes vidit. Relinquitur in *auum Andronicum* esse scriptum, cui etiam carmen quartum et octauum et septimum dicatum esse existimo. Huic enim egregie consentanea sunt, quae in *αυτοκρατορα βασιλεα* hic scribuntur. Primum illae prudentiae, sapientiae, facundiae, fortitudinis, curae publicorum negotiorum, ipsius etiam pulcritudinis laudes Andronico seniori pariter tribuuntur a Nic. Gregora lib. VIII, 9. p. 228. et lib. X, 1. pag. 327. ut postea locis eius transscriptis ostendetur, qui scriptor in eius aula vixit, principemque illum penitius cognouit. Aptum etiam Andronico huic est, quod v. 73. extat, eius virtutibus reddi et auum, et qui ipsum sceptro impertierit. Auus eius fuerat Andronicus Palaeologus, egregiis inclytus vir virtutibus, affinitate cum Lascaribus et Comnenis coniunctus. Vide Cangium famil. Byzant. cap. 40. p. 231. Sceptri maiestate ornatus fuerat a Michaele patre, adhuc viuo. Aptum denique est, quod v. 90. de collega et natis e collega nepotibus memoratur. Habebat enim collegam Michaelem iuniorem, filium, ex eoque duo adultos nepotes, quorum alter auo successit: idque nulli, qui quidem aeuo Philae regnasset, contigit. Praetereo iam, superstitiosam B. Virginis

Virginis venerationem non minus quadrare in hunc Andronicum feniorem, vt ad verfum 99. commentantes oftendemus. Ex quibus omnibus conficitur, hocce carmen et fcriptum a Phila effe, et fcriptum in *Andronicum feniorem*, et quidem circa annum 1316. viuente adhuc Michaële Palaeologo iuniore iamque adolefcente Andronico iuniore. Carmen ipfum panegyricum eft et encomiafticum, nihilque continet aliud, quam laudes Andronici.



Τῦ αὐτῦ εἰς τὸν αὐτοκράτορα βασιλέα.

Ἀσύγκριτος εἶ, Βασιλεῦ, σιγάτωσαν οἱ λόγοι·
Ἀνείκαστος τὴν φρόνησιν, ἐῤῥέτωσαν οἱ κρότοι.
Σὺ μὲν γὰρ φῶς ἀπὸ φωτὸς τῦ πρώτυ χρηματίσας,
Τῷ δραστικῷ σῦ τῆς ψύχης τὰ φῶτα προσλαμβάνεις.
Ἡμεῖς δὲ τὰς ἐλλάμψεις σῦ κυκλῦμεν καὶ βομβῦμεν,
Ὥσπερ ἐμπίδες ἀδρανεῖς καὶ κώνωπες καὶ κνίπες,
Καὶ καταβαπτιζόμεθα τῶν ἔργων σῦ τῇ χύσει.
Ὡς βυθοδρόμοι καὶ δειλαὶ καὶ φίλυδροι, διψάδες.

Πῦ

V. 3. Φως - χρηματισας) χρηματιζειν pro ειναι και υπαρχειν poni, etiam ex Codino docet Du Cangius in gloſſar. graeco, et ante eum Thomas Mag. p. 919. *Lumen* appellat Imperatorem poëta quoque in carmine VIII, 337. *ω φως εναργως εξελεγχον τας φυσεις. O lumen, qui manifeſte omnium ingenia ſuperas.* Hic vero diuinam originem maieſtatis imperatoriae videtur indicare velle, repetitam απο τε πρωτε φωτος ſeu απο τε πατρος των φωτων ſecundum Iacob. I, 17. Namque ut canit Callimachus hymno in Iouem v. 79. Ἐκ δε Διος βασιληες, επει Διος ουδεν ανακτων θειοτερον. Neque tamen ſolum dignitatis regiae rationem habet Phile noſter, ſed lumen ingenii diuini, praeſtantiſſimaeque, ſapientiae et perſpicientiae ſimul deſignat, indidem ex deo repetitum. Vnde ſtatim de προσλαμβανομενοις φωσι ſubiicit, vt ſignificet, Andronicum ex deo quidem excellentiſſimam ſapientiae vim conſecutum eſſe, tamen eandem actuoſiſſimo animi vigore et exercendo ingenium acuendoque plurimum auxiſſe.

V. 6. ωσπερ εμπιδες) In carmine VIII. v. 344. ſq. ſimilibus imaginibus ingenii ſui tenuitatem deprimit poëta, comparans ſe cum ſcarabaeis, vulturem timentibus, cum ſimiis leonem, cum maenula piſce balaenam. Et iterum v. 362. ita ſe numen Auguſti vereri ac tremere

ait

EIVSDEM PHILAE CARMEN IN AVGVSTVM.

Incomparabilis es, imperator. Taceat oratio. Inaestimabili es prudentia. Valeant plausus. Tu enim, quamuis lumen es a primo lumine, tamen actuosa animi tui vi lumen tuum adauges. Nos vero fulgorem tuum susurrando circumuolitamus, tanquam imbelles culices et muliones ac muscae, et factorum tuorum magnitudine obruti deorsum vergimus, vti desides in imo fundo miseraeque dipsades aquaticae. Quaelibet enim intensiones et

ait, vti volucres, aquila conspecta: ἡμεις δε πεπτηγαμεν ὡσπερ ἀγελαι πτηνων.

ἐμπιδες) Empis genus culicum est. Vide Suidam v. ἐμπις, et Lamb. Bos obseruat. cap. 12. pag. 64. qui a κωνωψι empidas discerni docet. Appono unum Aristidis Sophistae locum (ex Platonica secunda p. 514. c.) qui occultos calumniatores conferendos ait esse non aeri Dodonaeo, sed ταις ἐμπισι ταις ἐν τῳ σκοτῳ βομβουσαις.

κνιπες) Hesychius: κνιπες, ζωΰφια των ξυλοφαγων. Imo non ad reptilia pertinent aut in lignis nidulantur, sed muscarum genus sunt atque in aëre volitant. Aristoteles (histor. animal. lib. IV, 8. p. 280. c.) eas perinde ac apes appetere mel ait. Latine eas dici *muliones*, quod mulos aestate vexent, recte docet Harduinus ad Plinium lib. XI, 18. p. 601.

V. 8. διψαδες) Dipsas serpentis aquaticae et in profundo puteorum residentis corporeque exiguae genus est, ut docent Suidas v. διψας, Aelianus animal. nat. lib. VI, 51. Nicander in theriacis pag. 24. Siticulositatis symbolum esse docet Pierius hieroglyph. XVI, 28. pag. 164.

Ποῦ γὰρ ἐντάσεις ϗ ῥυθμοὶ ϗ μέτρα ϗ συνθῆκαι;
Ποῦ δὲ κομψαὶ περιβολαὶ καὶ βάσεις καὶ δεινότης;
Ἡ κίνησις ἢ δύναμις ἢ πῆξις ἢ γοργότης,
Ταῦτά σοι πάντα καθαρῶς ὑποχωρεῖ καὶ τρέμει,
Καὶ φεύγει σοῦ τὸ μέγεθος ἡ θάλασσα τῶν λόγων,
Καὶ γίνεται παλίνδρομος ὁ ποταμὸς τῶν κρότων·
Τὴν γὰρ τῆς τέχνης ἐμβολὴν ἀμβλύνει σοῦ τὸ κράτος,
Ὅπερ ὡς πῦρ καὶ δαπανᾷ τὴν ὕλην τῶν ἐπαίνων.
Ἐγὼ δὲ φρίττω συσταλεὶς ὑπὸ τῆς ἀγωνίας.
Τίς γὰρ ἂν δύναιτο μετρεῖν τὰ πλήθη τῶν ἀστέρων;
Τὶς δὲ κυμάτων συνεχῶν † ἀλλ' ἐπ' ἀλλήλους χύσεις;
Τίς δὲ ϗ φύλλων μερισμοὺς, τῆς βλαστῆς ἐκκυψάσης
Μετὰ

† f. ἂν.

V. 9. ἐντασεις, ῥυθμοι) Ἐντασις, ni fallor, eſt intenſa et maſcula facundia, ſeu συντονος λογος, qui opponitur languidiori ac remiſſiori, ſeu τῳ ἀνειμενῳ. Ῥυθμος eſt numerus orationis ſiue oratorius, ſive poëticus. Συνθηκαι ſunt ornata orationis iunctura ſeu elocutionis aptitudo, quae componendis colligandisque periodis conſtat. Heſychius: συνθηκη, διαλεκτος· quae quamuis aut obſcurior aut imbellior eſt interpretatio, tamen vocem ad elocutionis rationem ſpectare docet. Περιβολη et copioſum accumulatumque dicendi genus et redundans aſiaticeque luxurians ſtilus eſt. *Amplificationem* latini vocant. Vide Voſſii inſtitutiones rhetor. lib. VI, 7. pag. 499. Βασεις (ſic enim legendum eſſe conſtat, quamuis ſcripſit codex βασι) ſunt numeroſi inceſſus orationis inſurgentis, qui ad ſublime genus dicendi pertinent. Heſychius: βασις, ὁ ῥυθμος, πορεια. Δεινοτης ipſa eloquentiae vis eſt. Πηξις videtur eſſe conſtans et aequalis dictio, quae inaequali, fluctuanti ac diſſolutae opponitur. Γοργοτης denique eſt vehementia orationis non languidae et quaedam concitatio. Vide Voſſium inſtitut. Orator. lib. VI, 6, 21. pag. 504. Verbo,

numeri modique, et compositio omnis et quaelibet magnificae amplificationes et incessus et dicendi grauitas et conuersio ac vis eloquentiae, quaelibet firmitas vigorque orationis vbique locorum tibi prorsus cedunt et trementes te verentur: ipsum facundiae pelagus tuam refugit magnitudinem, ipseque plausuum torrens labitur retro. Nostrae enim artis conatum nisumque tua maiestas hebetat, et ad instar ignis congestam laudum struem absumit. Ego vero moestus in tanti negotii discrimine contremisco. Quis enim stellarum numerum inire posset? quis continuorum fluctuum in se mutuas volutationes? quis foliorum, ex arbore

bo, omnem vim eloquentiae ac poëseos inferiorem esse iudicat magnitudine Augusti assequenda et celebranda.

V. 13. *θαλασσα των λογων*) Sic *ἀγαθων θαλασσα* legitur apud Suidam v. *ἀγαθων*. Et Theophyl. Simocatta quaest. physic. 19. ait: *καταλιπω Θεοφραστον, τὴν της γνωσεως θαλατταν.* Sic infra v. 37. *πραγματων θαλαττα.*

V. 14. *παλινδρομος*) *retrocedit*, vti in refluxu maris a littore. Forsan alludere noster voluit ad Maris rubri aut Iordanis recessum, cum Israelitae transire deberent.

V. 15. *τεχνης ἐμβολην*) *animosum artis impetum.* Hesychius: *ἐμβολη, πληθη, ὁρμη, ἐνθηκη.*

V. 17. *συσταλεις ὑπο της ἀγωνιας*) *Συστελλειν* est minuere, deprimere, animum alicuius abiectiorem facere ac tristiorem, vt apud Zosimum lib. IV, 50. *Τοις γενομενοις συνεσταλμενος, illis casibus moestior factus.* *Ἀγωνια* est negotii grauitas, vbi non leuis quaedam ac perfunctoria opera sufficit, sed intensio virium et cum difficultatibus quaedam lucta requiritur. Vide Himerium Orat. II, 13. et IV, 3.

V. 22.

Μετὰ χειμῶνα καὶ κρυμὸν ϗ γνόφον καὶ νεφέλας.
Ὅλος εἶ φῶς μετὰ σαρκὸς ϗ τέρψις ϗ φαιδρότης·
Ὅλος εἶ νοῦς βασιλικὸς καὶ γνῶσις καὶ πυκνότης
Καὶ θαυμαστή τις ἔκπληξις ϗ τέρας ἐν ἀνθρώποις.
Πάντα σοῦ γὰρ ὑπέρκειται, πάντα σοῦ πάντη ξένα·
Τὸ κάλλος ὑπὲρ ἄνθρωπον, ὁ λόγος ὑπὲρ λόγον,
Αἱ πράξεις ἀνυπέρβλητοι. Τίς ὁ τῆς γλώττης κτύπος!
Ἐι γὰρ ἐχρῆν ἐπὶ τῆς γῆς φύσιν ἐλθεῖν ἀγγέλου
Καὶ μετὰ σώματος ἡμῖν ὀφθῆναι τοῖς ἀνθρώποις,
Ὀυκ ἦν ἂν κρείττων, Βασιλεῦ, τοῦ παραστήματός σου.
Ἐι δέ τις βούλοιτο μαθεῖν ϗ τὸν Ἀδὰμ τὸν πρῶτον,
Ὁποῖος ἦν πρὸ τῆς ἀρᾶς, ἰδέτω σου τὴν φύσιν.
Ὥστε, κἂν ἦν σοι δύνατον συμβαίνειν τοὺς ἐπαίνους,
Πρᾶξις ἂν † σοι, Βασιλεῦ, τοῦτο τῆς γλώττης μόνης
Καὶ

† ἴ. ἂν ἦν σοι.

V. 22. τερψις και φαιδ.) Iterum carmine VIII, 330. Phile hanc communitatem Andronici praedicat: ὦ γλυκυτης ἀρρητε και θυμηδια, και τερπνοτης ἀφραστε. Poëtae testimonium egregie confirmat historicus Niceph. Gregoras lib. X, 1, 4. p. 290.

V. 23. ἐι νους) Eodem modo affatur Andronicum in carmine VIII, 322. ὦ νου καθαρε, των ψυχων ἐπιστατα.

V. 26. το καλλος) Etiam in carmine VIII, 334. laudat eius σωμα καινων δεκτικον χαρισματων. Adstipulans autem Gregoras lib. X, 1, 2. pag. 288. scribit: ἡ φυσις ἐυθυς βασιλικον τε και μεγαλοπρεπειας μεστον το ἐιδος ἀρχηθεν ἐνηρμοσε, καλλει τε και ἐμβριθειᾳ τῃ προσηκουσῃ ταυτην παραστησασα, κ. τ. λ. et rursus §. 4. pag. 290. ἠν την ἡλικιαν ἐυμηκης, το ἐιδος ἐυπρεπης και λιαν ἀιδεσιμος και ὥσπερ ἐκ φυσεως ἐχων το ἡγεμονικον τε και φοβερον.

V. 27. γλωττης κτυπος) Est sonoritas uocis, quam Graeci etiam κροτόν, ἦχον et ῥυθμον vocabant ac Sophistae maxime affectabant. Vide Lud. Cresollium theatro rhetorum lib. III, 27. pag. 357. Conf. etiam Himerium

Ecl.

bore post hiemem et frigus et turbines nubesque protrusorum infinitates? Totus es lumen carne vestitum, es deliciae nostrae, es ipsa hilaritas: totus es regia mens et intelligentia et sagacitas, et admirabilis quidam stupendusque heros ac portentum inter homines. Cunctae tuae dotes supereminent, cunctae tuae sunt omni modo mirandae: pulcritudo plus quam humana, rationis vis rationem superans, res gestae insuperabiles; et quanta tandem vocis tuae sonoritas! Quodsi enim angelus in terram venire nobisque mortalibus conspicuus cum corpore fieri deberet, non melior sane excellentiorque esset tua, Imperator, animi magnitudine: et si quis velit Adamum illum primum, qualis fuerit antea, quam execrationem dei subiret, cognoscere, intueatur tuum modo ingenium

Ecl. XXXVII, in Athenaeum §. 1. Hanc canoram splendideque sonantem Andronici linguam iterum laudat noster in carm. VIII, 333. και γλωττα λαμπρα και θεοφθογγε φραδη. Consentit Gregoras l. c. p. 290. et naturam ait effudisse λαμπραν επι τη γλωττη την τε ἠχες ἁρμονιαν. Atque alio loco §. 2. pag. 287. ἱκανος ἠν ἡ ἐυτροφος και μελιτος γεμεσα γλῶσσα, το πασης και παντοιας φρονησεως ὀργανον.

V. 30. παραστηματος) Παραστημα est animi fortitudo et constantia, quod copiosius declaramus in Himerio Orat. XXIII, 13.

V. 33. σοι συμβαινειν) Sic intelligo: vt laudatio excogitaretur tuae magnitudinis tuarumque virtutum aequalis, quae prorsus conueniret et conspiraret cum tua persona, neque ullo pacto infra meritum subsideret. Huc, inquit, requiritur summum ingenium summaque eloquentia. Meum id non est.

V. 34. πραξις ἀν σοι) Deesse voculam, sentitur. Scribendum sine dubio est: πραξις ἀν ἠν σοι.

V. 35.

Καὶ τῆς φωνῆς τῆς ὑψηλῆς καὶ τῆς μεγαλονοίας.
Καὶ γὰρ οὐκ ἔῤῥηξας ἡμῖν τῇ ῥάβδῳ τῆς ἰσχύος
Τὴν τῶν πραγμάτων θάλασσαν καὶ τὸν βυθὸν τοῦ
κράτους,
Ἵνα φυγὰς ἀνασωθῇ μὴ κυβιστήσας δῆμος;
Μὴ τῆς μεῤῥᾶς τῆς κοσμικῆς οὐκ ἤμειψας τὴν ῥύσιν,
Τὸν Ἰσραὴλ τὸν δεύτερον ἰθύνων καὶ λιπαίνων;
Μὴ τῶν ἐθνῶν τὸν ποταμὸν οὐκ ἔφθης ἐξικμάσας;
Τῆς τῶν φρενῶν σου μηλωτῆς † θαυματουργείος χύσιν.
Τίς σοῦ τὸ κράτος, Βασιλεῦ, τὸ μέγα μὴ θαυμάσει;
Τίς

† f. θαυματουργείᾳ χίσας;

V. 35. ἐῤῥηξας - θαλασσαν) Allegoriam repetit poëta a Mose, qui baculo ſuo mare rubrum, ut Iſraelitae ſeruarentur, perrupit ac diuiſit. Exod. XIV, 16. και ῥηξον αυτην.

V. 37. τον βυθαν) Sine mora ſcribe: τον βυθον. Alludit enim ad imum profundumque mare, quod nudatum aqua, pedibus Iſraelitarum tritum fuit.

V. 38. φυγας - δημος) Cum exulibus Hebraeis per Erythraeum mare tranſeuntibus comparat ſuos ciues Romanae ſeu Byzantinae ditionis, qui a Latinis pulſi, in pelagus calamitatum praecipitati, in deſerta loca relegati et vere in exilium eiecti fuerant: quos tamen, perrupto calamitatum pelago, et abyſſo praui imperii nudato, Imperator ſeruauit, neque paſſus fuit aquis mergi aut ſuffocari. Forſan etiam non tam ad calamitates ab Latinis illatas reſpicitur, quippe quae iam a parente eius Michaële Palaeologo ſanatae fuerant, quam potius ad tumultus Alanicos, Catalanicos, Turcicos. Haec enim bella longe funeſtiſſima fuerunt, iisque prima imperii Andronici tempora ita fuere conturbata, et continuis inuoluta cladibus, vt reſp. Romana nunquam in pari fuerit periculo. De bellis vero Alanicis et Turcicis exponunt Gregoras et Pachymeres.

κυβιστησας) *praecipitio ruens, in caput deiectus.* Sic enim vocabulum interpretantur Suidas v. κυβιστᾷν et Euſtathius illad. E. pag. 584. iliad. O. p. 1030. il. Π. p. 1083.

genium: adeoque, si fieri vnquam posset, vt laudes tibi satis accommodatae proferrentur, id foret solius linguae vocisque maxime sublimis et ingenii excellentissimi opus. Etenim nonne perrupisti baculo potentiae tuae pelagus negotiorum et profundum gurgitem praui imperii, vt populus tuus in fuga ne mergeretur, sed seruaretur? nonne mutasti vndam mundanae Marae, ducens et pascens Israelem secundum? nonne gentium barbararum torrentem cito exsiccasti, prodigiali vi amiculi tui, id est, mentis tuae, diuisum? Quis tuam

V. 922. τον της τελειοτητος) *non currit ad adultam aetatem.* Hoc est, quod Horatius (sermon. lib. II, 1, 60.) de praecocibus ac nimium seueris puerorum ingeniis pronunciat: *o puer, vt sis vitalis, metuo.*

V. 931. ὡς τυδε ταυτ' ἂν) Scribendum videtur:

ὡς

M. Nulla domus constat meris lapidibus,
Quin iuncturas habeat ex calce:
Neque nauis est bene compacta, nisi habeat carinam:
Circulus quoque amplior absque centri puncto ne circulus quidem est:
Et bonae frugis puer sine ludo
Curriculum perfectionis haut currit.
Namque paruae sunt res maiorum rerum causae.

PH. Sed quid opus est longis verborum ambagibus?
Adest iam, adest ipse triumphator,
Armatus eques e legionibus prodiens.
Tu vero assurge ei, occurre, adora
Eumque variis votis excipe;
Iam bona cum gratia finias plausuum certamen,
Quia iam par est, vt labor consequatur finem.

M. Adeoque ne ista quidem ei ignominiam afferunt,
Quae quondam pueri ingenium modice oblectarunt.
Nisi enim tanquam rudis olim educatus esset,
Quis omnino hominem eum esse suspicatus fuisset,

ὡς ἄδε aut ὡς' ἄδε τ. Namque illud τυδε ad neminem potest referri. Sensus hic est: Quin ne ista quidem ludicra, quae olim pueri eius ingenium modice oblectarunt, poterunt ei nunc viro cedere opprobrio: nam si talis, qualis nunc apparet, statim venisset in mundum, nec per rudes pueritiae annos transiisset, neque ingenium eius artibus disciplinisque informatum, excultum, politumque hic fuisset, non solum καινη φυσις, sed plane deus aliquis fuisset habitus. Ergo illa puerilia debent eum hominem eumque quondam rudem, declarare.

Τῷ νῦν βίῳ δείξαντα καινὴν τὴν φύσιν;
Ὡς μηδὲ τὴν ἄμαχον ἰσχὺν τῶν λόγων
Πρὸς τοῦτον ἀρκεῖ εἰσενεγκεῖν τι πρέπον.

Φ. Αὐτὸς δὲ τί δρᾷς; ποῦ δ' ἀναστρέφειν θέλεις;
Ἡττημένου γάρ τινος ἐμφάσεις ἔχεις.
Βούλει δὲ τὴν πτέρωσιν ἐντεῦθεν λύειν,
Ἡμᾶς ἀτέχνως ὀρφανὲς παρατρέχων;
Πλὴν αὖθις ἡμῖν εὐσταλὴς παλινδρόμει
Καὶ μειζόνων φρόντιζε τῇ τέχνῃ κρότων,
Ἐπείπερ ἀθρεῖς εὐμενῆ τὸν δεσπότην.

Ν. Ἡττημένος μέν εἰμι καὶ φεύγειν θέλω·
Τὸ γὰρ ἐπαχθὲς οὐ φέρω τῆς αἰσχύνης,
Τὸν ἄνδρα τιμαῖς αὐθάδως καθυβρίσας.
Αὖθις δὲ καὶ πρόσειμι καὶ ξύνειμί σοι
Καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν, εἰ καλεῖς, ἆθλον τρέχω,
Καὶ γίνομαι σὸς, καὶ τρανῶς πάντα βλέπων.
Καθίσταμαί σοι † τὸν βίον διδάσκαλος.

Φ. Ὦ χαῖρε λαμπρὸν τῆς ἐμῆς φῶς καρδίας,
Μᾶλλον δὲ τοῦ σύμπαντος ἀνθρώπων γένους,
Πόθεν πρὸς ἡμᾶς τοὺς θρασεῖς καὶ μετρίους
Ὁ καινοφανὴς Τηλέμαχος ἦλυθες;

Ἀρ'

† f. τοῦ βίου.

V. 951. τὸν βίον διδάσκαλος) Ferri potest accusatiuus et explicari, *per totam vitam*, *semper*. Facilior tamen erit lectio, τοῦ βίου, *vitae tuae magistra*.

V. 955.

Qui nunc huic saeculo mirificam naturam ostendit?
Adeo, vt neque valentissima eloquentiae vis
Sufficiat, ad aliquid eo satis dignum canendum.

PH. Ipsa vero tu quid agis? quo te conuertis?
Victi enim alicuius et fugientis speciem praebes.
Vis nunc desinere, nos afflatu tuo animare et eleuare?
Num plane orbos nos derelinques?
Veruntamen ipsa ad nos expedita reuertere
Et arte tua maiores meditare laudes,
Cum dominum videas esse beneuolum.

M. Victa quidem sum et aufugere cupio,
Cum molestiam pudoris ferre nequeam,
Quod tantum virum, dum honorare volui, praefracte dehonestaui;
Tamen redeo ad te et assum tibi,
Atque ad idem certamen, si ita tibi videtur, me accingo,
Tuaque sum socia, et, quia cuncta euidenter animaduerto,
Tua sum maneoque vitae magistra.

PH. O salue splendida lux mei pectoris
Aut potius generis humani vniuersi,
Vnde quaeso ad nos audaculos et exiguos homines
Veluti aliquis recens conspectus Telemachus venis?

V. 955. ὁ καινοφανὴς Τηλ.) Alloquens primumque salutans Cantacuzenum, recens aduenientem, comparat cum Telemacho Vlyxis. Causam comparandi non intelligo.

Ἀρ' εἰς ἀμοιβὰς εὐπρεπὴς εἶ τῶν κρότων;
Ἢ τοῦ θράσους ἔλεγχος ὀφθήσῃ; Φράσον.
Συστέλλομαι γὰρ καὶ μαθεῖν τὸ πᾶν θέλω.

Ὁ μέγας Δομέστικος.

Μὴ μὴ] πτοηθῇς· ἐντελὴς γὰρ ἡ σχέσις,
Καὶ πᾶν ὅσον δίδωσιν ἀκμαῖος πόθος
Οὐκ ἐστὶ μικρὸν τῷ σκοποῦντι σωφρόνως.
Σαίνει δὲ καὶ ψέλλισμα † πατέρα βρέφους·
Ἡ γὰρ φύσις τίθησι τὰς ψήφους τέως.
Ἐγὼ δὲ τὸν σὸν τεχνικὸν τόνδε κρότον
Ἐρῶντος ἀνδρὸς ἀκριβὲς δεῖγμα κρίνω.

† MS. τὸν πατέρα.



Num paratus es ad gratias referendas pro laudatione tua
An ideo ades, vt meam audaciam redarguas? Responde:
Namque paueo et rem totam cognoſcere cupio.

MAGNVS DOMESTICVS.

Noli pauere: namque integra animi affectio
Et quicquid vigens amor donat,
Non ducuntur parui ab eo, qui ſapienter rem expendit.
Etiam infantis balbuties patrem mulcet
Quippe natura ipſa ſuffragante.
Ego vero tuam hancce poëticam laudationem
Inſigne ſpecimen amantis me hominis eſſe iudico.







CARMEN VI.

SEU

EPIGRAMMATA PHILE.

Ex Fabricii Bibl. Graeca, tom. VII. p. 711. repetita.



Ἐις τὲς τρεῖς μεγάλες μάρτυρας, Θεόδωρον, Δημήτριον καὶ Γεώργιον.

Δρακοντοφόντης, γοργόπες, † μυροβλήτης,
Ἐκ τῆς ἑώας, ὁ γλυκὺς ςρατηλάτης.
Τῆς γὰρ νοητῆς τέκνον ἐςὶν ἡμέρας·
Ἐξ εὐχαρίτων ἡ Θεοδώρε χάρις,
Μήτηρ γὰρ εὐκτῶν τῶν θεȣ̃ δωρημάτων.

Ἐις τὸν θυμὸν Λικινίȣ

Ἐι χαλδαϊκὴν τȣ̃ θυμȣ̃ καίει φλόγα
Ὁ Λικίνιος κατὰ τȣ̃ ςρατηλάτȣ

Καὶ

† f. μυροβλυτης.

Verſ. 1. Μυροβλητης) Sic iterum v. 22. μυροβλησιαν· vtrobique mendoſe, hic quoque contra metrum. Scribo μυροβλυτης et μυροβλυσιαν· a βλυζω.

V. 2. ἐκ της ἑωας) Patriam Theodori innuit, quam in carminis I. prologo iam diximus fuiſſe orientalem regionem. Gregorius Nyſſenus panegyrico S. Theod. p. 1013. a. ſcribit, πατρις τῳ γενναιῳ ἡ προς ἡλιον ἀνισχοντα χωρα· ἐυγενης γαρ και ὅτος κατα τον Ἰωβ των ἀφ' ἡλιȣ ἀνατολων και της πατριδος ἐκεινῳ κοινωνων.

V. 3. τεκνον ἐ. ἡμερας) *Aurorae filius*, qualis a poëtis fingitur Memnon fuiſſe. Scilicet patriam Theodori



CARMEN VI.

EPIGRAMMATA PHILAE.



1. In tres magnos martyres, Theodorum, Demetrium ac Georgium.

Serpentis occiſor, celer pede, vnguenta deſtillans
hic dulcis miles,
Ex Oriente eſt. Nam aurorae ſpiritualis is proles eſt.
Venit igitur ex gratioſis gratia Theodori,
Gignens expetenda dei dona.

2. In furentem Licinii iram.

Etiamſi Licinius contra ſanctum militem babyloni-
cam irae
Suae

dori accommodat poëta ad myſticam generationem ex Chriſto, qui lux eſt et dies, ipſe Sol iuſtitiae illuminans omnes homines in mundum miſſos, et ἀνατολη ἐξ ὑψους, (Luc. I, 78.) ex quo qui naſcuntur, merito ὑιοι φωτος και ὑιοι ἡμερας (in 1. Theſſ. V, 5.) dicuntur. Vnde addit poëta, ἐξ ἐυχαριτων *e gratioſis locis* ac beneficis oriundum martyrem eſſe, quia nil amabilius et beneficentius lumine, nil inſuauius caligine και σκια του θανατου eſt.

V. 6. θυμου καμινι φλογα) Canitur fornacis ardor, quo Theodorum toſtum fuiſſe, in prologo Carm. I. dixi-

Καὶ † μύριον πῦρ μαςίγων ἀναφλέγει,
Πλὴν ἀλλ' ἐπῆλθεν ἡ †† συρίζουσα δρόσος.

Εἰς Λικίνιον, τοῖς τοῦ ἁγίου αἰδοίοις ἐνυβρίζοντα.

Τῆς αἰσχύνης, ἥλιε, χωρὶς αἰσχύνης·
††† Τὴν σοῦ βλαὶξ ἐμβάλλουσιν οἱ τῆς αἰσχύνης
Τῆς μαρτυρικῆς αἰσχύνης τῷ χωρίῳ.
Καὶ πρὸς τὸ ῥῆμα μὴ ῥαγῇς μοι * καρδία.

Εἰς τὸν ἅγιον ἐπὶ τροχοῦ τεινόμενον·

Ἐζεχιὴλ ὁ μὲν προφητῶν ἀκρέμων·
Ἀφεὶς θεωρῶν τοὺς τροχοὺς τοὺς ἐμπύρους·
Τὸν μαρτυρικὸν, εἰ δοκεῖ, τροχὸν βλέπε
Καὶ συγκρίνας θαύμαζε τὸν τροχηλάτην.

Εἰς

† f. μυρίων. †† f. στηρίζουσα. ††† της σε· Λαὶξ.
* cd. καρδίαν.

diximus, et confertur cum babylonica fornace Nebucadnezaris, tribus Iudaeis comburendis destinata. Dan. III, 20.

V. 8. μυριὸν) Forsan rectius scribetur, μυριων.

V. 9. ἡ συριζουσα) *Sibilantem* rorem exsibilandum iudico ac reponendum, ἡ στηριζουσα· *liquorem corroborantem.* In actis Theodori tironis apud Gregorium Nyssenum nil huius portenti legitur, quod potius huc translatum est ex commemoratione de supplicio alius cuiusdam Theodori, qui sub Iuliano apostata fustigationem perpessus fuit. Is enim, vt narrat Sozomenus, (hist. eccles. lib. V, 20. pag. 628.) sibi adstitisse iuuenem confirmauit ac tenui linteo sudorem abstersisse frigidaque aqua cruciatus suos restinxisse: τους ἱδρωτας ἀποματτων ἠ και ὑδωρ ἐπιχεων ψυχροτατον, ᾧ τας φλεγμονας ἐπαυε και τους πονους ἀνεψυχε.

V. 11.

Suae flammam incendit et infinitum flagrorum aestum excitat;
Tamen ros martyrem corroborans defluit.

3. In Licinium pudendis S. martyris insultantem.

O pudendum diem! absque pudore lucis tuae!
Pudendi homines pudendis partibus martyris insultant calcibus.
Nonne vel ad hoc verbum dissiliat mihi cor?

4. In Sanctum in rota extentum.

Ezechiel, vatum surcule, mitte spectare istas ignitas rotas:
Contuere potius, si placet, hanc martyris rotam,
Et comparans vtrasque, admirare hunc rotae agitatorem.

5. In

V. 11. την σκ βλαξ) Forsan sic scribendum et interpungendum, αἰσχυνης της σκ· λαξ ἐμβαλλεσιν· *absque verecundia solis. Calcibus irruunt.*

V. 13. ῥαγῃς καρδια) Non, καρδιαν. Extat phrasis tota apud Eustathium: (de amoribus Ismeniae lib. VII. pag. 257.) θυμα δε, ἀλλα μη μοι καρδια ῥαγῃς, Ὑσμινη παρθενος· *victima vero, sed hic rumpuntur mihi ilia, erat Hysmine virgo.*

ἐπι τροχȣ τεινομενον) S. Georgius hic est, celebrior, quam meretur, martyr: quippe cuius Acta esse commentitia et ineptiarum plena, ipse Baronius fatetur. De eo legantur, si tanti facis, Nicephorus Callistus hist. Eccl. lib. VII, 15. pag. 459. Baronius martyrolog. rom. 23. April. p. 228. Tillemontius mem. hist. eccles. to. V. Parte II. pag. 10. Nicomediae anno 303. eum varias mortes passum fuisse, ferunt, et inter alia supplicia etiam

Ἐις τὴν διὰ ξίφȣς τελείωσιν Νέςορος.

Ὡς † βαλλικὰς τὰς ἀμοιβὰς λαμβάνεις,
Κύδιςε Νέςορ, τῆς σφαγῆς τȣ̃ βαρβάρȣ.
Τῶν μαρτύρων γὰρ τῷ ςρατῷ συνεγραφῆς, ††
Καὶ συμμερίζῃ τὰ ςέφη Δημητρίῳ.

Ἐις τὴν μυροβλησίαν. †††

Τίνος, μέγιςε * Σαλαμῶν; κλῆσιν λέγεις
Μύρον κενωθὲν; οἶμαι γὰρ Δημητρίȣ·
Ἐξ ȣ̃ τὸ μύρον ὤκα ** σανίζον ῥέει,
*** Τ' ἀντλῶ μὲν ȣ̓δεὶς ἐκκενώσει τὴν χάριν.

† f. καλλινικας. †† f. συνεγγραφῃ. ††† f. μυρυβλυσιαν. * l. Σαλομῶν. ** f. ῥανίζον. *** f. ἀντλωμεν.

etiam rotam mucronibus vndique praefixam. Τροχῳ κατετεινετο, inquit Nicephorus. Hanc rotam poëtaster ieiune admodum contendit cum quatuor candentibus rotis in visione Ezechielis cap. I, 15.

V. 18. ὡς βαλλικας) Insana lectio. Restituo: καλλινικας· quod et metro et scriptoris menti plane aptum est; et litteras quidem κ ac β creberrime confundi, exemplo Cersoclepti in Himerio ecl. I. ostendi, ac graece dici, το καλλινικον λαμβανειν, dubio caret.

V. 19. κυδιςε Νεςορ) De hoc homine legi possunt Nicephorus hist. eccl. VII, 15. p. 460. et Tillemontius mem. hist. eccl. tom. V. Part. I. note 63. sur la persecution de Diocletien pag. 398. Fertur gladio peremtus Thessalonicae, Maximiani Herculii iussu, cum amatum ab eo gladiatorem Lyaeum iugulasset. Mirabile factum, impurum gladiatorem Nestorem inter martyres a Graecis et Romanis recensitum esse, vt simul honores summos ferret, qui sceleris sui poenam tulerat. In actis autem Demetrii, quae Simeoni Metaphrastae, fabula-

rum

5. In caedem Neſtoris gladio confecti.

Quam triumphale ornamentum eſt, quod tu, clariſſime Neſtor,
Viciſſim accipis pro caede, quam paſſus a barbaro es!
Namque inſcriberis in catalogum martyrum
Et communem cum Demetrio capis coronam.

6. In vnguentum emanans.

Eccuius tu nomen, maxime Salomon, appellas exhauſtum vnguentum?
Demetrii, opinor: quippe ex quo celeriter ſtillans vnguentum
Defluit, et hauriens nemo illam gratiam exhauriet.


rum progenitori, debentur, iſtud fatum Neſtoris commemoratur; idque noſter v. 21. innuit.

V. 20. ϛρατῳ συνεγραφης) Verbum συγγραφειν prorſus non eſt huius loci: namque ad catalogum militarem reſpicit poëta, cui inſcribebantur tirones. Quare repono: συνεγγραφῃ.

V. 22. Σαλομων) ex Cantic, I, 3.

Ibid. Δημητριȣ) Hunc ferunt Theſſalonicae anno 311. Maximiani iuſſu haſtis confoſſum interiiſſe. Vide Nicephorum loc. cit. p. 460. Baronium l. c. 8. Octob. p. 559. et Tillemontium to. V. P. I. perſecution. de Dioclet. art. 58. pag. 246. ex note 64. ſur la perſecution p. 400. Ex eius ſepulcro manaſſe oleum odoriferum tradunt, quod ei cognomen τȣ μυροβλυτȣ peperit. Ἐs δευρο, inquit Nicephorus, τας ἀκενωτȣs των μυρων ἀναβλυζει πηγας.

V. 24. σανιζον) Mendoſe. Scribi debuit aut συνοζον, aut σκαριζον, aut, ſi ex ἡ ῥανις fingere verbum poëta voluit, ῥανιζον. In ſequenti verſu legere licebit aut ita: ἀντλωμεν· ȣδεις ἐ. τ. χ. *Hauriamus. Nemo enim exhauriet*: aut ita: και ἀντλων ȣδεις· *et hauriens nemo* etc.







CARMEN VII.

Ab Hontero ex Britannia allatum et inter carmina Theodori Prodromi folio ξ 4. graece editum.



ΤΟΥ ΦΙΛΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ, ΟΤΕ ΕΠΙ ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑ † ΜΕΤΑΒΛΗΘΕΙΣ ΑΠΗΤΗΘΗ †† ΟΡΜΟΝ ΠΕΡΙ ΑΣΦΑΛΕΙΑΣ.

Μαρτύρομαι τὸν ὄντα καὶ πρὸ τῶν χρόνων,
Τὸν δημιουργὸν ††† αὐσοναρχην τῶν χρόνων·
Οὗ * τοι μέγαν κυκλοῦσιν ἄγγελοι θρόνον,

Ὃς

† f. διαβληθείς. †† f. ὅρκον. ††† f. Αὐσονάρχα.
* f. τόν.

μεταβληθεις απητηθη ὁρμον) Scribit de hoc carmine I. A. Fabricius biblioth. Graecae to. VII. p. 710. „ Extant praeterea iambi XXXII. ad Imperatorem, quibus „ securitatem postulat, cum delatus esset propter ea, quae „ in Chronographia scripserat. " Scilicet proscripta verba parum intellexit vir summus: neque enim *postulat* quicquam poëta, sed quod *postulatum* fuerat, dat. Nempe mendosum vocabulum, ὅρμον, verborum intellectum impediebat. Scribe pro eo, ὅρκον. Est enim totum carmen, nil aliud, quam ὅρκος seu *iusiurandum* per omnia sacra praestitum, quo asseuerat poëta, se nihil unquam ignominiosum dixisse de Augusto Andronico seniore, sed potius nominis eius celebritatem sermonibus scriptisque suis diuulgasse ac posteritatis omnis memoriae commendasse, vera beneuolentia et in Augustum amore summo impulsum. Quod vero legitur, μεταβληθεις, *mutatus*, non alium sensum habere potest, quam

poëtam

CARMEN VII.

PHILAE AD AVGVSTVM, QVANDO EI, PROPTER CHRONOGRAPHIAM IN SVSPICIONEM ADDVCTO, ERAT AD FIDEM FIRMANDAM IVSIVRANDVM DELATVM.

Teſtor eum, qui ante ſaecula fuit, Auguſte Cæſar,
Conditorem ſaeculorum, cuius auguſtum thronum
Circumſtant angeli, qui tam ample extendit cœlum,

 Qui

poëtam reſipuiſſe et facti poenitentia ductum mutaſſe mentem. At hoc confitentis delictum eſt, non iureiurando negantis; atque carmine non palinodia, ſed iusiurandum continetur. Quare laudatus Fabricius merito ponit: *cum delatus eſſet*, quod ſane intelligendum eſt. Ergo ſcribamus, διαβληθεις aut καταβληθεις, *ſuſpicione laborans et accuſatus.* Nempe cum ſuſpectus eſſet poëta de iniurioſis aut contumelioſis in Auguſtum verſibus in chronographia ſcriptis, ipſeque id negaret factum, iuſſu Auguſti confirmare ſinceritatem fidemque ſuam hoc iureiurando debebat.

V. 2. ἀυσοναρχην) Diſplicet haec lectio: teſtor *creatorem imperatorem ſaeculorum auguſtum*, partim quod copula και deficit, partim quod abſurdum videtur, deum appellare ἀυσοναρχην, i. e. *romanorum imperatorem ſemper auguſtum.* Malo ſcribere: ἀυσοναρχα, vt etiam allocutionem habeat poëma.

V. 12.

Ὃς ȣ̓ρανὸν τοσȣ̃τον ἐξέτεινέ μοι
Καὶ γῆς βάσιν ἄβατον ἐςήριξέ μοι,
Καὶ πνεῦμα καὶ πῦρ ἐζυγοςάτησέ μοι,
Ὃς τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν συνήγαγεν,
Ὃς οἶδε μετρεῖν τȣ̀ς τοσȣ́τȣς ἀςέρας,
Ὃς τήνδε τὴν γῆν καὶ κλονεῖ καὶ πηγνύει,
Ὃς κρίνα κοσμεῖ καὶ χλοάζȣσαν πόαν,
Ὃς δημιȣργεῖ καὶ ψυχῶν ζωσῶν γένη·
Καὶ † γὰρ κατȣ̃χον τὸν †† γονάρχην δεικνύει,
Ψυχὴν λογικὴν ††† ἐκφυτεύσας τῇ πλάσει·
Ὃς τῆς Ἐδὲμ τὸν κῆπον εἰργάσατό μοι,
Καὶ τῆς τιμῆς τὸν ὄγκον ἐγνώρισέ μοι,
Καὶ τȣ̃ ξύλȣ τὴν γεῦσιν ἀπείρηκέ μοι·
Ὃς τὴν πονηρὰν τῆς προμήτορος πλάνην
Εὐσπλαγχνίας κρίμασιν ἀῤῥήτοις λύει,
Διδȣ̀ς τὸν υἱὸν ἀντὶ λύτρȣ τῇ κτίσει,
Ἐξ ἁγίȣ πνεύματος ὠργανωμένον
Καὶ παρθενικῶν, ἄτερ ἀνδρὸς, αἱμάτων
Εἰς τὴν ἀληθῆ σάρκα τῆς μετȣσίας
Καὶ πλὴν * τρίτης τηρȣ̃ντα τὴν πρώτην φύσιν.

Τȣ̃

† f. γῆς κληρȣ̃χον. †† f. γενάρχην. ††† ἐμφυτεύσας. * f. τροπῆς.

V. 12. και γαρ κατȣχον τον γοναρχην) Duo verba video perperam scripta. Posterius facile emendo, γεναρχην· prius, dubito, an dextre satis mutaturus sim. Scribo tamen aut, και γης κληρȣχον· *haeredem terrae*, aut και ταμιȣχον· *dispensatorem constituit*: postea v. 13. sine dubio reponendum erit, ἐμφυτευσας.

V. 15. της τιμης τον ὀγκον) Ambigua hic est interpretatio, quia ἡ τίμη et *honorem* et *mulctam* significare potest, et vtroque modo sensus prodit non incongruus. Primum sic potest intelligi, quod Deus, homine in hortum paradisi intromisso, ipsi *amplitudinem dignitatis* suae et *imperii sui potentiam* ob oculos posuerit, et quantum

Qui inaccessa terrae fundamenta stabiliuit,
Qui ventos et ignem aequa lance librauit,
Qui aquas compulit in vnum, qui nouit tot stellarum
Inire numerum, qui hanc tellurem et concutit et stabilit,
Qui exornat lilia et herbarum viriditatem,
Qui animantium varia genera procreat et stirpis
Nostrae auctorem terrae constituit dominum, inspirata
Ei anima ratione praedita; qui hortum Edenis construxit,
Et nostrae dignitatis amplitudinem manifestauit,
Et gustu arboris interdixit:
Qui etiam prauum primae matris errorem
Ineffabilibus misericordiae decretis emendauit,
Dum nobis Filium suum dedit ad redemtionem,
Informatum a Spiritu Sancto, ex Virginis sanguine,
Absque mare, natum, in verae carnis humanae
Consortio conspicuum et tamen primam naturam
Sine vlla commutatione seruantem,

quantum mutis praestet animantibus, quod dominium in eas habeat, quam iucundo domicilio et quanta rerum omnium affluentia ditatus sit, et quam praeclaris animi corporisque virtutibus circumfluat, ostenderit. Deinde ita interpretari possum: deus ei *poenae grauitatem* manifestauit, mortemque interminatus tristissimam fuit, siquidem praecepta diuina migrasset.

V. 19. ἀντι λυτρȣ) Propter verba Pauli 1. Tim. II, 6. mallem, ἀντίλυτρον.

V. 23. πλην τρειτης) Hoc nihil est. Scribo, πλην τροπης· i. e. prout in symbolis suis loquitur ecclesia christiana, ἀτρεπτως. Videtur enim poëta orthodoxophilus

Τȣ̃ σȣ̃ κατειπεῖν ȣ̓κ ἐτόλμησα κράτȣς·
Ὀυ μὰ τὸ φῶς ἐκεῖνο τῆς ἀφθαρσίας·
Ἐυνέςατον δὲ καὶ † διάπυρον πόθον,
Ὡς οἰκέτης ἄμεμπτος. εἰσήνεγκα σοι
Καὶ γλῶσσαν αὐτὴν καὶ γραφὰς ἡμετέρας,
Ὡς ἀν πανταχȣ̃ διελθεῖν γῆς ἰσχύσῃς
Ταῖς τȣ̃ λόγȣ †† πτέρυξιν τὸν πάντα χρόνον,
Καὶ γνῶ τὸ μέλλον ἅπαν ἀνθρώπων γένος,
Ὁποῖον εἶδεν αὐσονάρχην ἥλιος.

† MS. διὰ πυρῶν. †† MS. πτέριξιν.

philus aeque ſe velle a Neſtoriano errore remouere ac Eutychiano. Quare praecedentis verſus fine ponens, σαρκα της μετασιας, communionem duarum Chriſti naturarum innuit; nunc addens, πλην τροπης, confuſionem et conuerſionem naturarum tollit. Πρωτη φυσις autem eſt *natura diuina* et aeterna.



Sic ego nunquam auſus fui de tua male dicere maieſtate;
Nunquam profecto, per lucem illam immortalitatis!
Potius ex beneuolentiſſimo feruidoque tui amore,
Vti innocens ſeruus, ad tuas vtilitates contuli et linguam
Meam et ſcripturam; nempe vt tua per omnem terram
Penetraret fama, per omnia tempora carminis mei
Alis eleuata, atque vti omnis hominum
Cognoſceret poſteritas, qualem nunc Romanorum
Imperatorem Sol conſpiciat.

V. 25. ἐ μα το φως) i. e. quam cupio immortalitatem beatam conſequi, tam ſincere vera loquor.

V. 26. και διαπυρον) Sic ſcribendo et rationem et Fabricii exemplum ſequor, quamuis editio habeat, και δια πυρων ποθον.







CARMEN VIII.

DE ELEPHANTE.



INTRODUCTIO.

Carmen hoc et regio Parisino codice, vbi Labbeus id legi testatur, et Bodleiano alio codice conseruatum, ex posteriore luci publicae donauit vir summus Io. Alb. Fabricius bibl. Graec. to. VII. pag. 699. Separatum est et peculiare quasi opus, non particula maioris libri PHILAE DE ANIMALIBVS. Vnde non est magnopere irascendum Cornelio de Pauw, qui in nouissima huius libri editione, nullam plane carminis mentionem iniecit, idque prorsus ignorasse videtur cum caeteris a Fabricio primum publicatis Philae poëmatiis. Visum autem mihi fuit non indignum iterata editione, maxime cum magnus Bibliothecae Graecae conditor

tor nullam adiecerit interpretationem, neque vlla cura eius attigerit emendationem, ſine qua tamen in tot mendoſiſſimis locis vix crediderim carmen intelligi poſſe. Praeterea apographum Cl. Reimari nactus id conferre cum editione potui et loca nonnulla eius beneficio emendare, vtut plerumque ingenii coniecturae medelam afferre debuerint.

Inſcribitur carmen Auguſto Imperatori, vt ex primo et vltimo verſu patet: Ἀυτοκρατωρ μεγιςε, τȣ γενȣς λεον. Ex hoc verſu iam Philippus Labbeus (in noua bibliotheca manuſcriptorum) apud Oudinum (de ſcriptor. Eccl. tom. III. p. 842.) opinatus fuit, id dicatum eſſe Leoni Auguſto. Poſtea Doruillius (in Miſcell. Obſeruat. to. II. p. 431.) ex eadem ratione conficere voluit, id antiquioris cuiusdam Philae eſſe, inſcriptum Leoni VI. ſapienti, qui Baſilii Macedonis filius ann. DCCCCXI. vitam finiit: namque Manuele Phila viuente nullum Leonem imperaſſe. Eximamus

eruditis viris hunc errorem. Taceo, nuspiam extare Philae alicuius, qui ſaeculo X. vixiſſet, memoriam: taceo, genus iſtud verſuum politicorum aeuo Leonis ſapientis nondum inualuiſſe, demum in citerioris aeui barbarie inuentum; id unum obſeruari velim, ſingularem quandam reperiri et ſententiarum et dictionum affinitatem inter hoc de elephante et iſtud noſtrum tertium ἐις ἀυτοκρατορα, non profecto caſus temeritati debitam, quam ſolicite in obſeruationibus meis ad iſtud carmen notaui, et quam attente qui conſiderauerit, non amplius, quin idem vtriusque auctor ſit, dubitauerit. Magnum denique apud me pondus eruditiſſimi Fabricii auctoritas habet, qui, vtut probe cognitum haberet, nullum Leonem aetate Manuelis Philae regnaſſe, tamen, praeterita iſta Labbei opinione, carmen de Elephante Manueli Philae tribuit et ſub nomine eius diuulgauit. Rectius ſcilicet, quam illi, allocutionis iſtius verba intelligebat. Etenim qui το Λεον nomen

Impe-

Imperatoris esse volunt, dicant quaeso, quid το Λεων τȢ γενȢς significare possit. At nomen id allegoricum est, *regem* significans: *o imperator maxime, humani generis leo*, i. e. qui ita inter homines, vt leo inter animalia, regnas. Scilicet το βασιλικον persona leonis est: quod Dio Chrysostomus (orat. II. de regno pag. 33.) aliique plures et ipse etiam Philes docet: (carm. de animalibus p. 78.) Ͽηρων δε βασιλευς ὁ Ͽρασυς ἀναξ λεων. Neque vero gratis assumi hanc interpretationem, sed idem sibi velle Philem, cognoscas e primis carminis lineis, vbi versificator, coeptae allegoriae inhaerens, Imperatorem iis appellat nominibus, quae propria sunt leonis; dicens βρυχητιαν, Ͽηροκτονον, φρικτον κ. τ. λ. Regerat aliquis, ergo nomen Imperatoris prorsus abesse et cui inscriptum carmen sit, nesciri. Abest nomen, fateor; nude enim proscribitur: ἐις τον βασιλεα. Sed eodem modo abest, vt a nostro carmine III. et IV. et VII. Contra, additum expresse

nomen

nomen MICHAELIS eſt carmini de animalibus. Scilicet hoc iuueni regi, qui viuo patre dignitatem nomenque regium, non poteſtatem, habebat, dicatum indiget nomine proſcripto: illa vero tria ſeniori vereque regnanti imperatori dedicata, eo non egebant, cum Auguſti nomen per ſe notum legentibus eſſet neque ambigua dedicatio. Scilicet λεων τȣ γενȣς intelligendus eſt ANDRONICVS PALAEOLOGVS ſenior, eruditus et ſapiens vir, ſummoque ingenio, qui illas, quas ei hoc carmine tribuit Philes, merebatur laudes. Huic etiam conueniunt, quae in illo carmine de Imperatoris fortuna familiaque dicuntur, nempe ἐυτεκνȣ και ἀνακτοπαιδος v. 5. et quod ſit κοσμος της πορφυριδος, της γονης, της ἑςιας v. 337. Erat enim Andronicus ἐυτεκνος multa prole, maſcula ac femella, imprimis collega filio Michaële: erat etiam ἀνακτοπαις, filius imperatoris Michaëlis ſenioris, qui Cpolin recuperauit· erat quoque Auguſti filii, της γονης, decus.

cus. Quodsi carmen, vt alterum de animalibus, Michaëli iuniori dicatum esset, additum, vt puto, fuisset, *και πατρος* aut *τȣ γεννητορος κοσμος*. Has igitur ob rationes carmen de Elephante et ANDRONICO SENIORI inscriptum et a Manuele Phila profectum esse arbitror, oblatum forsan anno 1308.



ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ.

Αὐτόκρατορ μέγιϛε, τȣ̃ γένȣς λέον,
Ὡς θερμὸς, ὡς ἄμαχος, ὡς βρυχητίας,
Ὡς ϛεῤῥὸς, ὡς ἄγρυπνος, ὡς θηροκτόνος,
Ὡς ὀξὺς, ὡς κράτιϛος εἰς θῆραν λόγων,
Ὡς φρικτὸς, ὡς εὔτεκνος, ὡς ἀνακτόπαις,
Ὡς ἐκ μόνης ὄνυχος ἀκμῆς † μετρίας
Τῶν σῶν ἐφ' ἡμᾶς ἀρχικῶν σπȣδασμάτων
Τοῖς εὐϛόχως κρίνȣσι δεικνὺς τὴν φύσιν.
Ἐκ τῆς ὑλακῆς τῶν ἐμῶν περιδρόμων
Δέχȣ τὸν Ἐλέφαντα, καθάπερ φόρον,
Ὃν εἰς λόγων θήρατρον ἐζώγρησά σοι,
Κρυπτὴν ἐπελθὼν γνωϛικῆς λοχμῆς τρίβον·
Ὡς ἂν ἔχῃς ἥδυσμα τὸν θῆρα ξένον
Τρυφῆς λογικῆς εὔπορον, ἄτερ πόνων.
Θέλω γὰρ εἶναι φιλοδέσποτος κύων
Ὁρῶν ἐπ' αὐτὰς τῆς τραπέζης τὰς ψίχας.

ΕΙΣ

† ed. μητρίας.

Ad Verſ. 3. ὡς ἄγρυπνος) De vigilantia leonum vide Aelianum de natura animalium lib. V. cap. 39. quo in capite, vt obiter dicam, poterit inſigne mendum beneficio codicis Auguſtani expurgari. Editur p. m. 297. και ἐϛι φιλοπαις, και παν ὁ, τιαν ὑπομενει πραονως, τῳ τροφει χαριζομενος. Conr. Geſnerus in prolegom. Aeliani pag. 25. vocabulum πραονως inter ſingularia Aeliani memorat, idemque quod miror, Abr. Gronouius retinuit. At laudatum codicem, teſtor, perſpicue ſcribere · ὑπομενει

μενει

AD IMPERATOREM.

Imperator maxime, hominum leo, quam feruidus es, quam insuperabilis,
Quam vocalis rugitibus, quam strenuus manu, quam vigil, quam madidus
Ferarum cruore, quam acer, quam praestabilis in eruditione venanda,
Quam terribilis, quam felix sobole, quam beatus paterna purpura!
Quam belle tu vel ex vngue aetatis adhuc parum prouectae, nempe
Ex tuis studiis consiliisque, quae in nostro imperio moderando adhibes,
Naturam tuam cuique intelligendam das sagaciter iudicanti!
Ex meis quaeso gannitibus, te circumambientis,
Recipe hunc Elephantem, veluti tributum,
Quem eruditionis cassibus tibi cepi viuum, occultam semitam sapientis
Saltus ingressus; vt nempe tu sine labore consequereris hanc peregrinam
Feram, tanquam bellarium aliquod, voluptatis animi efficax.
Cupio enim canis esse, heri sui amans, et ad ipsas micas herilis mensae respicio.

IN

μενει πρωον, ὡς τῳ τ. χ. Et paullo post idem codex habet: των κωμωντων διαφερων ἐδεν· pro κομωντων.

V. 6. ἀκμης μητριας) Audacter repono: μετριας. Quo enim tempore carmen hoc canebatur, Andronicus fere quinquaginta annos habebat, aetatem inter iuuentutem et senium mediam.

V. 12. κρυπτην ἐ, γνωσεως λοχμης τρ.) Haec λοχμη, in qua carmen hoc venatus Philes fuit, est Aeliani liber laudatus et forsan Aristoteles.

V. 25.

ἘΙΣ ΤΟΝ ΕΛΕΦΑΝΤΑ.

Ζῶον τὸν ἐλέφαντα † τετράπȣν σκόπει,
Ἐυρὺ, σθεναρὸν, ἐμβριθὲς, μέλαν, μέγα,
Κεκυφὸς, ὀξύφωνον, ἀμβλύ τι βλέπον,
Ἰταμὸν, ἀπρόσιτον ἐξ ἐρημίας,
Ἱλαρὸν, εὐάγωγον ἐκ παροικίας,
Πολλῶν παρ᾽ Ἰνδοῖς δεκτικὸν μαθημάτων,
Βȣβαλίδος μίμημα, χερσαῖον τέρας,
Ἴλυσι καὶ τέλμασι καὶ λόχμαις φίλον
Καὶ τῇ δοκήσει τῆς φορᾶς παρειμένον.
Τȣ͂το προελθὸν μητρικῶν ἐξ ὀργάνων
Ἐικάζεται μὲν εὐτελεῖ †† βολοθρίῳ
Καὶ δελφακίζει κλαυθμυρίζον ὀξέως·
Ὑπέρχεται δὲ τῆς λεχȣ͂ς τὰς ὠλένας,
Ἃι τȣ̀ς ἀγωγȣ̀ς τῆς τροφῆς ἔχον μέσȣς.

Ἡ

† edit. τὸν τετρ. †† f. πωλαρίῳ.

V. 25. της φορας παρειμενον) Mens poëtae dubia est. Poterit enim sic intelligi: quantum ex externa specie colligere licet, est haec bellua languidior ac remissior, quam vt impetuosius irruere et tumultus facere velit. Poterit etiam ita: est, vt videtur, ad prolem faciendam languidior adeoque fere sterilis. An vero scripserat ille: της φθορας· *videtur bellua esse exemta interitus*, seu esse tanta, vt perdi nequeat.

V. 27, ἐυτελει βολοθριῳ) Quid hoc est? Putare posses, affuisse βωλοθριῳ aut βωλαριῳ, *vili glebae aut massae*, siquidem elephas existimaretur informem rudemque foetum edere, lambendo demum efformandum, vti pullos ursorum nasci creditum fuit. (Vide Aelian. nat. anim. II, 19.) At veterum nemo de elephante ita mentiri voluit. Quin aiunt porci aut vituli magnitudine gigni elephantem, nempe δελφακος similem (apud Ae-

lianum

IN ELEPHANTEM.

Cerne elephantem, animal quadrupes, corpore
amplo, robuſtum, ſeuerum,
Nigrum, praegrande, capite prono, acuta voce,
viſu hebete,
Procax, in ſaltuoſa ſolitudine intractabile, ſed hi-
lare ac manſuetum,
Si domeſticum eſt, multarum capax diſciplinarum
apud Indos,
Vri ſilueſtris ſimile, terreſtre monſtrum,
Limo et palude et denſis ſaltubus gaudens,
Et, vt videtur, ad foecunditatem languidius.

Id ſimulac ex materno prodiit vtero, vilis pulli
ſimilitudinem
Refert ac porcelli magnitudinem, et acute vagiens
grunnit:
Subit autem matris vlnas,
In quarum medio alimenti lactei canales haerent.
Mater

lianum VIII, 27.) aut ἀσπλεκει μοσχῳ ἐνιαυσιαιῳ, (ibid. IV, 31.) et ὅσον μοσχος διμηνος ἠ τριμηνος (ſecundum Ariſtotelem hiſt. animal. lib. V, 14. p. 302. to. II.) Num ergo legi debebit: βοϊδαριῳ· *buculae* ſeu *iuuencae*? an κολαβριῳ *porcello?* namque ἡ κολαβρος· *porcellus* a lexicis agnoſcitur. Securius ſcribes: πωλαριῳ· *pullo equino*, niſi pro eo finxerit poëta vocabulum πωλοθριῳ. Namque elephantorum pulli pariter πωλοι ac σκυμνοι et σκυλακες vocantur.

V. 30. αἱ - - ἐιχον μασας) Iuxta pectus ad anteriores pedes vbera gerit elephas, teſte Aeliano IV, 31. et Ariſtotele de partibus animal. lib. IV. 10. p. 562. et hiſt. animal. lib. II, 1. p. 214. a. et p. 217. d. ὁ ἐλεφας ἐχει τας μασας δυο περι τας μασχαλας. (vt recte legit Sylburgiana p. 31. non, τας μεγαλας, vt editio noua Du Vallii habet.)

Ἡ δ' ἐυθὺς ἐξάρασα τȣ̀ς ἐμπροσθίȣς,
Καὶ μικρὸν ὀκλάσασα τȣ̀ς ὀπισθίȣς
Ὀυ κατὰ † τὴν κάμηλον ἐις γόνυ κλίνει·
Πῶς γὰρ, ἀνάρθρων τῶν μελῶν ἐιργασμένων,
Ἐι μὴ Φυσικῶς ἀντικάμψει τὸ σκέλος,
Χαλῶσα λοξῶς ἐις τὰ νῶτα τὴν πλάτην,
Ἑκατέραις ἔθρεψε θηλαῖς τὸ βρέφος;
Φασὶ γὰρ αὐτὴν ὁι σοφοὶ θηροτρόφοι
Παρακρατȣ͂σαν τὴν γονὴν ὑπεξάγειν
†† Ἔτȣς τοσȣ́τȣ· κἂν δοκῇ τισι ξένον.
Τȣ́τῳ σίφων ἕτοιμος, ἐι θέλει θλίβειν,
Ὀυχ ἡ προβοσκίς ἐςιν, ἀλλὰ τὸ ςόμα,
Μή πως τὸ τȣ͂ γάλακτος ἀμβλύνῃ ζέον.
Ἡ πρὸς τὸν αὐλὸν ἐκδρομὴ τῶν ῥευμάτων,
††† Μὴ καὶ τὸ πυκνὸν τῆς πνοῆς ἀντιςρέφῃ
Λίχνοις ἀνάγκαις πνευςιῶν τὸ σκυμνίον,

Τῆς

† ed. τὸν. †† f. ἔθει τοιȣ́τῳ. ††† f. ἢ.

V. 33. *κατα την καμηλον*) Ita reperi in apographo Reimariano· pro quo editum eſt *τον*, vitio non magno. In ſequentibus interpunctionem valde mutaui, ſine qua nihil extricari potuiſſet.

V. 35. *ει μη Φ. ἀντικαμψει*) Forſan ſcribendum *ἀντικαμψε* aut *ἀντικαμψῃ*. Scilicet, vt docet Ariſtoteles hiſtor. anim. II, 1. p. 214. elephanti crura poſteriora non inflectuntur extrorſum, vt caeterorum quadrupedum, ſed more humanorum pedum verſus ventrem introrſum. *συγκαθιζει και καμπτει τα σκελη· conſidendo crura inflectit*; tamen ob grauitatem, inquit, molemque corporis nequit in vtrumque crus ſimul reſidere, ſed ſe flectens in alterutrum latus aut laeuo aut dextro cruri incubat. Itaque Philes ait lactantem matrem inflexo poplite pauliſper reſidere et anteriorem pedem attrahere ſurſum, vt ita nudetur pectus et mamma praebeatur.

V. 40.

Mater ſtatim attollit anteriores pedes
Et poſterioribus pauliſper ſubſidit,
Non tamen, vti camelus, in genua recumbit.
Namque cum eius membra articulis careant,
Quomodo poſſet ambobus vberibus nutrire pullum,
Niſi naturaliter crus reflecteret
Et, verſus dorſum ſublato armo, coſtas oblique nudaret.
Aiunt enim periti beſtiarii, eam hocce modo, quamvis idem
Videatur multis mirum, pullum nutrire et ita roboratum educere.
Pullo autem, ſi lac vult exprimere, pro ſiphone
In promtu os eſt, non promuſcis:
Nam lactis calor minueretur,
Si is liquor per tibiam promuſcidis decurrere deberet,
Et ipſe pullus, auidae ſitis neceſſitate anhelans,
Ab vberibus repelleretur, ſiquidem crebrius reſpirare cogeretur,

V. 40. ἐτει τοσατε) *in tanto anno.* Miſera lectio, quocunque modo ſpectetur. Lego, ἐϑει τοιατῳ· *hac ratione et conſuetudine lactationis*, quae deſcripta hucdum fuit, enutritur pullus et iam confirmatior robuſtiorque factus educitur. Sex annos vberibus alitur elephas, teſte Strabone geograph. lib. XV. pag. 485. vt παρακρατων fieri omnino poſſit.

V. 42. ἀλλα το στομα) Teſte etiam Ariſtotele hiſtor. anim. VI, 27. p. 356. et de partibus animal. lib. II. p. 508. et Aeliano IV, 31. σπᾳ της ϑηλης τῳ στοματι.

V. 45. μη και) Lego, ἢ και, vt verſ. 47. ἢ τῳ. Nam varias proferre vult cauſas naturales, cur ore, non proboſcide, ſugat pullus, easque vocula *aut* connectit. Poſtea v. 50. lego, χανον· *hians.*

Τῆς εἰσαγωγῆς ἐμφραγείσης τῶν πόρων,
Ἢ τῷ διαστήματι τῶν ἔνδον δρόμων
Ἢ τῆς ἀμολγῆς ἐμβραδύνῃ γοργότης,
Εἴργον δὲ τὴν ὄρεξιν ἢ † χαῖναν μάτην
Εὐθὺς ἀπαρχῆς δυσφορήσῃ τὸ βρέφος.
Πλὴν ἡ προβοσκὶς ἀντὶ χειρὸς εὑρέθη·
Χεὶρ δὲ βρέφους κίνησιν εὐθὺς οὐκ ἔχει
Πρὸς τὰς μεταξὺ τῆς τροφῆς ὑπουργίας.

Τούτῳ κεφαλὴ καὶ μέτωπα καὶ τρίχες
Καὶ βλέμμα καὶ ῥὶς, ἄχρι τῆς προβοσκίδος,
Καὶ δέρμα καὶ τράχηλος, ἀλλὰ καὶ στόμα
Σαφῆ μονιὸν ζωγραφοῦσι μακρόθεν·
Ὅταν ῥεουσῶν τῶν τριχῶν ὡς ἐκ νόσου
Δοκῇ σεσηρὼς τὴν δορὰν ὥσπερ γέρων,
Πηλοῦ κναφευθεὶς ἐμβροχαῖς δυσεκπλύτοις.
Χαίτης γε μὴν τὸ βρέχμα καὶ λάχνης ξένον,
Ὡς καὶ τὰ νῶτα μέχρι τῶν ὀπισθίων,
Οἷα φαλακρὸν ἐκ πυράγρας †† ἀξύλου,

Καὶ

† f. χαῖνον. †† f. ἀξύρου.

V. 57. *και δερμα*) *cutem.* Quidni enim diceretur elephantis cutis habere similitudinem apri vetuli ac morbosi eoque glabri? At quia statim mentio *τραχηλου* additur et caput modo elephantis cum capite apri comparatur, inducor in suspicionem, anne Philes scripserit, *και δερη*, *et ceruix*. Quod postea v. 60. ponitur, *σεσηρως την δοραν*, non illepidum est, cum, quod proprie dicitur de rictu oris seu renidente aut hiante ore, transfertur ad cutis rugas patulas, vt nempe elephantis *cancellata cutis* et profundis rugarum sulcis notata indicetur.

V. 62.

Cum ſpiritus per nares meatus ſit obturatus;
Etiam nimis tarde et languide emulgeretur lac,
Si tam longo interuallo intra promuſcidem decurreret:
Quin ſtatim initio indignaretur et male ſe haberet pullus,
Si aut reprimere auiditatem aut fruſtra hiare deberet.
Nempe proboſcis ipſi pro manu data eſt,
Atqui infantum manus non ſtatim ſui mouendi facultatem
Habent ad alimenta ſibi ſubminiſtranda.

In hac bellua caput et frons et pili
Et oculi et naſus, ad proboſcidem vsque,
Et cutis et collum, quin et os,
Siquis e longinquo intueatur, prorſus apri imaginem ſiſtit;
Quando is nempe iam vetulus, excidentibus ob morbum pilis,
Cum cute rugoſa appareat, luti aſpergine tenaci tinctus.
Sinciput quidem eſt ſetarum et pilorum prorſus expers,
Vti et dorſum vsque ad nates, quaſi forcipe retuſa vulſum,

 Et,

V. 62. λαχνης ξενον) Teſte etiam Ariſtotele hiſt. anim. II, 1. pag. 215. c. et Plinio hiſt. nat. VIII, 10. *ſetarum nullum tegumentum, ne in cauda quidem.* Dictionem Philae nolo ſolicitare aut requirere, κενον· namque et infra v. 129. vocabulum ξενον pro ψιλος aut κενος adhibitur.

V. 64. πυραγρας ἄξυλα) Stulta lectio. Repone certa emendatione, ἀξυρα· *ex forcipe retuſa ac hebete.* Sequenti verſu ſcribe, ει το παν· *forma capitis, ſi id ſpectetur*

Καὶ κωνοειδὲς, † εἰς τὸ πᾶν σχῆμα βλέπεις,
Καὶ ξυντετηκὸς προσφυῶς τοῖς ὀστέοις·
Τὰ δ' ὦτα λεπτὰ καὶ παρατεταμένα,
Καὶ καθάπερ †† θώρακες ἐσφαιρωμένα
Καὶ τοῖς ὁρᾶν θέλουσιν ἀνεπτυγμένα
Καὶ τὰς βάσεις ἔχοντα χονδροσυνθέτους
Καὶ συστολὴν ††† πάσχοντα καὶ τοὐναντίον
Καὶ πρὸς μάχας βλέποντι σύντονον * στάσιν.
Ἆρ' οὖν ἔδει, Κράτιστε, τῶν ἄλλων μόνον
Ἄοπλον εὑρεῖν προσβαλὸν τὸ θηρίον,
Ὅταν ὁ καιρὸς ἀντιτάττῃ πρὸς μάχην;
Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Ἡ γὰρ εὔτεκνος φύσις
Λέοντι μὲν δίδωσιν, ὡς καὶ παρδάλει,
Τὰς ἐξ ὀνύχων δραστικὰς ἀντισπάσεις·
Τοῦτον δὲ τὸν μέγιστον ὁπλίζει ξένως
Κέρασι διττοῖς, ὡς τομοῖς ἀκοντίοις,
Ἃ καὶ περισφίγγουσι τὴν προβοσκίδα
Κολουροειδῶς ἐν μέσῳ κεχυμένην·

Τούτων

† f. εἰ. †† θυλακες. ††† λάσχοντα R.
* ed. στάσει.

spectetur totum, conica est, non, vti aliorum animalium, oblonga et praeacuta, sed assurgens in conum, fronte extuberante.

V. 68. *καθαπερ θωρακες ἐσφαιρωμενα*) *aures ad instar loricae corrotundatae.* Ecqualis vero similitudo pendularum amplarumque aurium cum thorace? Non credo, tam inepta imagine vti voluisse Philam. Cum sacco potius dependente eas comparasset. Forsan scripsit, *καθαπερ θυλακες ἐσφ.*

V. 69. *ἀνεπτυγμενα*) *patulae, expansae*, ab *ἀναπτυσσω*. Non placet: neque enim magis explicatae sunt aures belluae, si contemplaris eas, quam si non intuearis.

Potius

Et, ſi totum cernas caput, turbinatum
Ac, perinde vt oſſa, emaciatum.
Aures ſunt tenues et expanſae
Et ad ſaccorum inſtar corrotundatæ et aſpectu fœdæ:
Habent cartilaginoſas radices,
Vt poſſint contrahi et dilatari:
Ad pugnam vero paratis ſtant arrectae.

Num vero fas fuiſſet, Auguſte, ſolam hanc
Feram ad impetum faciendum manere inermem,
Quando temporibus in aciem progredi cogeretur?
Non ſane. Namque naturae liberorum ſuorum prouida
Benignitas dedit ad reſiſtendum leoni et pantherae
Vnguium vires; ita et huic maximae ferae mirabilia tribuit arma,
Nempe geminum cornu, quaſi duo acuta tela,
Quae vtrinque coërcent proboſcidem,
Inter ea mediam, longe protentam, vt ſpeciem duorum

Potius ſcripſiſſe Philes videtur, ἀνεπτυσμενα ab ἀναπτυω· *aures deſpuendae aſpicientibus*, ſeu aſpectu foedae.

V. 71. παχοντα) Sic editum. Sed in apographo Reimari extat, λαχοντα, eodem ſenſu.

V. 72. συντονον στασει) Lege στασιν, ſcilicet λαχοντα· *habent rigidum intentumque ſtatum, ſi belua pugnam expectat.* Quod confirmat Aelianus VIII, 10, p. 484.

V. 82. κολχροειδως ἐ. μ. κ.) Mirabile vocabulum. Κολχρος in ſphaera eſt concurſus linearum ſemet mutuo ſecantium et quaſi decuſſantium. Ita ergo compoſitionem dentium cum proboſcide exprimit, vt figuram decuſſatam vocet, quia dentes horizontali motu excurrant ex maxillis, recta prominentes, proboſcis vero inter eos fere perpendiculari ſitu deorſum pendeat.

Τέτων τὸ μὲν δίδωσιν, ὡς τομὸν ξίφος,
Ὠθεῖν κατ' ἐχθρῶν ὁ βραβεὺς τὴν γεννάδα·
Τὸ δὲ σκαφεὺς τίς ἐςι τὸν θῆρα † τρέφων
Καὶ ῥιζορύκτης καὶ σπαράκτης τῶν κλάδων.
Εἴποι τις ἂν πόῤῥωθεν εἰς ταῦτα βλέπων
Ὀδόντας ὀξεῖς εὐτυχεῖν τὸ θηρίον,
Καμπυλοειδεῖς †† ἀντικάμψας ἐκτάσεις·
Οὐ γὰρ ††† ἔφυη κρόταφος, ἀλλὰ τὸ ςόμα.
Καὶ θαῦμα τἔτο, πῶς οὐδὲς κέρας μένει,
Ὀδόντος ἢ κέρατος ὄντος τἒ ξίφες.
Σκόπει δὲ καὶ τὸ χῆμα τῆς προβοσκίδος·
Αὐλός τίς ἐςιν ἐκ δορᾶς καὶ σαρκίε
Καὶ σφαιρομόρφε ξυμβολῆς εἰργασμένος
Χόνδρον μαλαχθὲν εἰς τομὰς κεκλασμένας
Νεῦρον χαλαθὲν εἰς πλοκὰς ἀγχιςρόφες.

Ἑρπυ-

† ed. τρεφον. †† αντικαμψαν. ††† f. φυει.

V. 83. τετων το μεν etc.) Optime haec explanat Aelianus VI, 56. vtriusque dentis usum docens: χρωνται τῳ μεν των ὀδοντων ὡς ὁπλῳ και τεθηγμενον ἀυτον φυλαττεσιν, τῳ δε ὡς σμινυη· και γαρ ἐν ἀυτῳ ῥιζας ὀρυττεσι και δενδρα ἐκμοχλευοντες ὑποκλινεσι. Plinius VIII, 3. *alterius mucroni parcunt, ne ſit proeliis hebes, alterius operario vſu fodiunt radices, impellunt moles.* Verſu 85. legas, τρεφων.

V. 89. καμπυλοειδεις α'ντικαμψας ἐκτασεις) Dentes belluae ob prominentem longitudinem ἐκτασεις, et ob recuruam reduncamque figuram καμπυλοειδεις appellat. Scribe autem ἀντικαμψαν, nempe θηριον, ac ſequenti verſu φυει· nempe, quia eburneae illae haſtae non cornuum more e fronte extuberant, ſed radicem in maxillis fixam habent, magis *dentes* merentur dici et apri fulmina, quam cornua.

V. 91.

Circulorum semet mutuo secantium exhibeant simul.
Horum alterum, veluti acutum gladium, deus, rerum arbiter,
Forti belluae dedit, in hostes valide imprimendum;
Alterum cornu est quasi rastellum ad effossiones radicum
Et ad ramos destringendos, quo bellua se alit.
Quodsi procul spectes ea cornua, feram putes acutis
Dentibus armari, iisque exertis et recuruis.
Namque non in fronte, sed ex ore nascuntur.
Idque ipsum mirum est, quod dens manet cornu,
Cum tamen gladius sit ille siue dens siue cornu.

Porro specta formam promuscidis.
Est ea tubus ex pelle et carne compositus,
In rotundam figuram contractus,
Ex molli cartilagine et multis articulis orbiculatim
Vertebratis constans, neruosus, vt intendi et laxari

V. 91. πως ὀδων κερας μ.) Perspicua sunt verba, sed elumbis et humilis sententia: *mirum est, quomodo dens maneat cornu, cum belluae gladius sit ille siue dens, siue cornu.* Adest mendi suspicio, sed non in promptu remedium.

V. 96. χονδρον μαλαχθεν) Non ignoro, ex auctorum graecorum usu debere masculino genere dici, χονδρος μαλαχθεις· neque tamen quicquam ausim mutare, cum saepe permutentur nominum genera grammatica. Τομας κεκλασμενας autem seu *fractae sectiones* proboscidis sunt illi annuli et articuli orbiculati inter se iuncti, e quibus tota proboscis composita est et quorum iuncturis vertebrisque agilitas huius manus debetur: vt sit pro arbitrio belluae mox προμηκης seu in longitudinem exerta, mox ἑρπυστικη seu in curuam tortuosamque figuram sinuata.

Ἑρπυστικὸς δὲ καὶ προμήκης ἐκθέων
Ἐις πᾶσαν ἁπλῶς φυσικὴν ὑπεργίαν,
Στενοῖ τὸν ὁλκὸν καὶ πλατύνει τὸ στόμα,
Καὶ τὴν ἐδωδὴν ἐμβιβάζει τοῖς γνάθοις,
Καὶ πρὸς τὸ παχὺ τὴν ὀπὴν διευρύνει,
Καὶ πρὸς τὸ λεπτὸν τὴν λαβὴν συνεισάγει,
Καὶ συστολὰς τίθησι καὶ παρεκτάσεις
Πρὸς τὰς ἐν ὄγκοις καὶ βραχύτησι χέσεις.
Πόδες δὲ τούτω θαῦμα καὶ σαφὲς τέρας,
† Ὅυς, ὃ καθάπερ ἄλλα τῶν ζώων γένη,
Ἔιωθε κινεῖν ἐξ ἀνάρθρων κλασμάτων·
Καὶ γὰρ στιβαροῖς συντεθέντες ὀστέοις
Καὶ τῇ πλαδαρᾷ τῶν σφυρῶν καταστάσει
Καὶ τῇ πρὸς ἄρθρα τῶν σκελῶν ὑποκρίσει
Νῦν εἰς τόνους ἄγουσι, νῦν εἰς ὑφέσεις
Τὰς παντοδαπὰς ἐκδρομὰς τοῦ θηρίου.
Πλὴν ἀλλὰ καθ' ἑκάστον αὐτῶν ἡ φύσις
Ὡς ὑπὸ †† κυκλῷ τῆς ὀπτῆς τῷ χωρίῳ
Τριγωνοειδεῖς πέντε δακτύλους φύει,

Οἱ

† ed. ὡς. †† ed. κυκλωτῆς f. ὑποκύκλου τ. ὁπλῆς.

V. 99. εἰς - - ὑπεργίαν) Vtilitatem et miniſteria proboſcidis pluribus doceat Ariſtoteles hiſt. anim. lib. I, 11. p. 204. a. et lib. II, 1. p. 213.

V. 107. ὡς ὃ) Recte interpungendum et ſic ſcribendum, ὅς. ὃ κ. - - γενη.

V. 110.

Verſatili flexione et celeri poſſit,
Tortuoſe ſinuatus, praelongus et protentus,
Et ad omne omnino miniſterium, quod natura requirit, aptus:
Is fauces claudit, et os dilatat,
Et cibum in maxillas infert,
Et cauum foramen ſuum ample patefacit
Ac viciſſim manubrium ſuum in anguſtum contrahit,
Facitque contractiones et extenſiones, prout neceſſe eſt,
Ad varios vſus ſiue maiorum ſiue minorum operarum.

Pedes eius vere ſunt prodigioſi,
Quippe quos ſine articulatis verticulis mouere ſolet,
Contra morem caeterarum animantium.
Namque compoſiti e craſſis ſolidisque oſſibus
Et ſucculenta malleorum ſubſtantia
Et cruribus, articulorum indolem ſimulantibus,
Efficiunt varios ferae greſſus et curſus, dum ſe mox intendunt,
Mox neruos remittunt. Veruntamen in pede vnoquoque
Et eo quidem ſubrotundo loco, quo vngula ſedere ſolet,
Natura profert quinos digitos triangulares, eosque parum

Ab

V. 110. τῃ πλαδαρᾳ) *humida* ſeu ſucculenta et carnoſa. Plinius VIII, 8. *pedes molliſſimos* dicit.

V. 115. ὡς ὑπο κυκλωτης ὀπτης τῳ χωριῳ) Nihil ſani. Tamen quid dicere velit Philes, non latet, nempe in ima parte pedum naſci digitos, i. e. eo loco, vbi in equis ſolent eſſe ungulae. Quare ſcribendum puto: *ἐν ὑποκυκλῳ της ὁπλης τ. χ. in rotunda ungulae ſede.*

V. 117.

Οἱ μακρὰς ἐκ ἔχεσι τὰς ἀποςάσεις·
Ἦ γὰρ ἂν ἔπλει νηκτικῶς καὶ συντόνως
Ὁ θὴρ ποταμοῖς καὶ βυθοῖς ἐντυγχάνων·
Τέως † δὲ τὲς ὄνυχας ἐν τέτοις φέρει
Ὥσπερ λεπίδας ὀςρακώδεις ἰχθύων.
Βραχυτέρες ὄντας δὲ τῶν ὀπισθίων
Ἀναμφιλέκτως οἶδα τὲς ἐμπροσθίες.
Τέτοις ἐλέφας ἐνταθεὶς ὥσπερ ςύλοις
Ὀρθοςάδην ἀκάματος ὑπνώττων μένει·
Διπλῆς δὲ φασὶν εὐπορῆσαι καρδίας·
Καὶ τῇ μὲν εἶναι θυμικὸν τὸ θηρίον
Εἰς ἀκρατῆ κίνησιν ἠρεθισμένον·
Τῇ δὲ προσηνὲς καὶ θρασύτητος ξένον,
Καὶ πῇ μὲν αὐτῶν ἀκροᾶσθαι τῶν λόγων,
Οὓς ἄν τις Ἰνδὸς εὖ τιθασσεύων λέγῃ,

Πῇ

† τε R.

V. 117. μακρας ἐκ ἐχεσι τ. ἀποςασεις) Aristoteles hist. anim. III, 9. pag. 250. ὁ δε και δακτυλες ἀσχιςες και ἠρεμα διηρθρωμενες και ὀνυχας ὁλως ἐκ ἐχει. Aelianus IV, 31. ἐχει δε καθ᾽ ἑκαςον ποδα δακτυλες πεντε, ὑποφαινοντας μεν τας ἐκφυσεις, ἐ μην διεςωτας.

V. 118. ἡ γαρ ἐπλει νηκτικως) Nempe nisi fissas haberet plantas, egregie nataret bellua, vt aliae animantes, quarum coniuncti sunt pedum digiti eoque ad remigandum apti. *Non possunt natare*, inquit Plinius VIII, 10. vt et Aelianus IV, 31. non quidem secundum codicis Augustani lectionem, quae ita se habet, post illa, quae memoraui, verba: ταυτα τοι και νηκτικος ἐςι· μαζοι δε αὐτῳ προς ταις μασχαλαις εἰσι· tamen secundum editionum meliorem scripturam: ταυτα τοι και νηκτικός ἐςιν ἡκιςα· σκελη δε προσθια των κατοπιν βραχυτερα ἐςι· μαζοι δε αὐτῳ etc. Contra id Strabo XV. p. 485. belluam testatur posse scite natare, νειν καλλιςα: credo posse, vt equum; commode et diu posse, non credo.

V. 120. ὀνυχας - - - φερει) Aristoteles l. c. plane negat

Ab se mutuo discretos. Alias fera, cum incidit in flumina
Et profunda loca, valido natatu remigare posset.
Interim in illis digitis gerit vnguiculos, testaceis piscium
Squamis non dissimiles. Anteriores vero pedes certo scio
Esse posterioribus paullo breuiores.
His pedum fulcris velut columnis incubans elephas,
Erecto corpore dormit sine vlla molestia sua.

Aiunt gemino corde praeditam esse belluam: altero
Esse iracundam, impotenti animi motu concitatam:
Altero placidam esse et a ferocia alienam: atque inde
Mox ipsis etiam vocibus obedire ac regi,
Quas Indus, bene tractans et mulcens, eloquatur,

Mox

negat eam vnguibus praeditam esse; scilicet iis, quibus aut canes aut leones armantur, non unguiculis iis, quibus teguntur digiti hominum.

V. 122. βραχυτερας - ἐμπροσθιας) Eadem sententia Aeliani loc. cit. sed contraria Aristotelis hist. anim. II, 1. pag. 213. a. τα περι τας δακτυλας ἀδιαρθροτερα ἔχει των ποδων και τα προσθια σκελη πολλῳ μειζω· ἐςι δε πενταδακτυλον και προς τοις ὀπισθιοις σκελεσι σφυρα ἔχει βραχεα. Quantum e picturis iudicari potest, vera scribit Aelianus; tamen anteriores pedes crassiores posterioribus videri, non nego, vt Aristoteles quoque, si id sibi voluit, non errauerit.

V. 124. τατοις ε. ἐνταυθεις) Crediderim ponendum esse, ἐνςαθεις. Rem ipsam confirmat Aelianus IV, 31. καθευδει ὀρθοςαδην.

V. 126. διπλας - - - καρδιας) Ex Aeliano XIV, 6.

V. 130. ἀκροασθαι τ. λογων) Quin intelligi a bellua sermonem Indorum, tradunt Plinius VIII, 1. et Aelianus IV, 24. XIII, 22. Conf. Lipsium epist. l. 50. p. 56.

V. 134.

Πῆ δὲ πρὸς αὐτοὺς τοὺς νομεῖς † ἐπιτρέχων
Εἰς τὰς παλαιὰς ἐκτραπὲν κακουργίας.
Τούτω φίλη τράπεζα πᾶς ἕλους τόπος,
Ἔνθα κλάδους φοίνικος ἐσθίειν ἔχει,
Καὶ †† χοινίον ἢ δρῦν ἢ φυτῶν ἄλλων κόμας,
Ἢ κιττὸν, ἢ πέταλον, ἢ ζῶσαν χλόην,
Ἢ ῥίζαν, ἢ λάχανον, ἢ βλάστην βάτων.
Ἄρτι δὲ καὶ σαφίδες ἡμερουμένω
Κριθῆς τε χυλὸς καὶ παρὸν χύδην μέλι
Οὐκοῦν πρὸς ἡμᾶς τόνδε τὸν πέπλον δίδου,
Χιτὼν λογικὲ πρακτικῆς ἐνεργείας,
Καὶ τῶν ὅλων ἄριστε κοσμήτορ ** φίλων.
Περιστελεῖς γὰρ ἄνδρα *** γενναῖον φίλον,
Ὃν ‡ ἔτος ὁ κλῶψ ἀπεγύμνωσε χρόνος,
Ὡς ὑπὸ λῃστῇ τῷ φθορεῖ πάντων φθόρων.

† l. χαυνοι. †† πιλνηθέντας. ††† l. ἰπνία.
* f. ἐξογκούμενον. ** f. φυλων. *** f. γενναίως. ‡ ἔτως.

V. 31. χαυνοι - - πιλνιθεντας) Lege, χαυνοι, *laxat* et πιλνηθεντας aut forsan πιληθεντας, *intricatos*. Postea ὑπτια ζεσις, *resupinus calor* nil aliud, quam supina negligentia librarii est. Sine haesitatione scribo, ἰπνια, *furnaceus calor* ab ἰπνος, *furnus*, vbi carbones sunt. Equidem vidi, texta bombycum potius calida aqua explicari, cum glutinosus viscus, quo fila inter se cohaererent, omnino sit calore discutiendus; tamen alii id faciunt in foculo aut in furno, carbonum vi, vt docet Salmasius ad Tertullianum de pallio pag. 238. vbi docte et copiose de omnibus, quae ad bombycum curationem et nemata pertinent, commentatur.

V. 37. ἐγκοσμουμενος) Hic et scriptura et interpunctio laborat. Ne multus sim, legendum contendo; ἐξογκουμενον. Nempe superbiunt homines et ἐξογκουνται holosericis vestimentis; at minus tumerent, inquit, si perpenderent, ea vermis esse texta et vermis excrementa et vermis sepulcra. Tamen tolerari posset ἐγκοσμουμενοι· *dum vermis textura nos ornari credimus*.

V. 39. χιτων λ. π. ἐνεργειας) Sic alloquitur poëta patronum Imperatorem, a quo vestimentum petit. Eum



Namque furni calor ſuper carbonibus laxat textilis operis
Implexa et condenſata fila. Atque ex hiſce filis
Venuſte texitur nobis purum veſtimentum artificioſa tela:
Quin texitur etiam ſalutare praeceptum, quo ſuperfluum faſtum
Repellamus, textura vermiculi tumentem.
Igitur nobis dona hoc veſtimentum,
O tunica ſpirans et ſapiens practicae textrinae et optime vniuerſarum
Moderator gentium. Liberaliter enim conueſties bonum
Virum eumque tibi amicum, quem furacitas temporis ſic
Denudauit, quaſi incidiſſet in latronem eum, qui omnia caduca deuaſtat.

Eum, nominat *χιτωνα*, non tam veſtientem pauperes liberaliter, quam ipſam veſtem pauperum: eum ait contextum *practica textura*, vt *πραξεις* eius ſeu munificentiſſima facta collaudet. Verſo 40. lego *φυλων omnium tribuum* ſeu populorum, vt infra Carm. XII, 25.

V. 43. *ὡς ὑπο ληςῃ τῳ φϑ.*) Sub ingreſſum in portum ſcopulus malignus hic eſt, ad quem, metuo, ne ars critica impingat. Variae ſubnaſcuntur coniecturae, quarum nulla hucdum placet. Forſan ſic licebit emendare: *ὡν ὑπολῃςης τῳ φϑ. quod edax tempus eſt latrunculus ſubſerviens deſtructori* communi, ſeu morti: ſi nempe, vt *ἀρχιληςην*, ita *ὑποληςην* dicere licet, ſicuti *προφητην* et *ὑποφητην*. Audacior iam foret haec correctio: *ὁ φιλοληΐος φϑορευς π. φ. tempus, praedae amans, et deſtruens omnia caduca.* An vero licebit totam ſcripturam retinere, ſic interpretandam: denudauit ita, *ſicut* nudatus fuiſſet *ab illo latrone*, qui omnia caduca et fragilia perdit, i. e. a morte, ſeu ſub manibus mortis, quae vt nudos accepit in mundum miſſos, ſic nudos emittit e mundo.







CARMEN X.

SEU

EPIGRAMMATA VARIA.



Ἐις ἐγκόλπιον τȣ̃ ςαυρȣ̃. Ἐμμανȣήλȣ τȣ̃ Φιλῆ.

Ἐν αἰχμαλωσίᾳ σε τὸν φύλακά μȣ,
Ῥύςην πάλιν εὕροιμι καὶ φρȣρὸν μέγαν.
Χριςὸς γὰρ αὐτὸς χεῖρας ἐν σοὶ τανύσας
Τὴν τῶν ψυχῶν † ἔλυσσεν αἰχμαλωσίαν.

Ἐις τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν χρυσόςομον.

Νῦν μὲν σιωπᾷς ὑπὸ τῆς ἀσιτίας·
Ἀεὶ δὲ λαλεῖς ἀπὸ τῶν βίβλων, Μάκαρ.
Ἡ γὰρ χάρις πόῤῥωθεν ἐςόμωσέ σε,
Κώδωνα χάλκευσασα λαμπρὸν τῇ κτίσει.

Τȣ̃

† l. ἔλυσεν.

ἐις ἐγκολπιον) Conceptaculum hoc erat crucis, quod maxime ſacerdotes et monachi ſemper ſecum ferebant, pectori appenſum. Vide Cangii gloſſarium graecum v. ἐγκολπιον pag. 345. Eſt autem hocce epigramma editum, neſcio, vnde, ab Leone Allatio in excerptis rhetorum ac ſophiſtarum pag. 399.

Ἐμμανȣηλȣ) Vix dubito, quin ab Allatio ficta ſit haec inſcriptio, cum codex haberet nude, Τȣ φιλη. Namque Graeci *Manuelem* eum vocare et ſcribere ſolent.

Ἐις

CARMEN X.

SEV

EPIGRAMMATA VARIA.

1. Epigramma in thecam S. Crucis.

Te, quae in captiuitate mea fuisti custos, rursus, precor, experiar
Seruatricem et praesidium potens. Christus enim ipse, dum in te
Manus suas dispandit, discussit ita captiuitatem animarum.

2. In S. Ioannem Chrysostomum.

Nunc quidem ob ieiunia tua siles, vir sanctissime, tamen
Semper per libros tuos loqueris. Gratia enim Dei dudum te fecit
Vocalem atque humano generi tanquam egregiam tubam excudit.

Ἐις τ. ἁ. Ιωαννην) Haec duo epigrammata in Ioannem Chrys. pariter ex Allatio hic repeto. Eadem in bibliotheca Caesarea extare docet Lambecius lib. VIII. cod. 50. pag. 466. qui tamen Ioanni Philae auctori tribuit, certo errore. Eadem memorantur a Caueo.

V. 5. ὑπο της ἀσιτιας) De continentia eius legatur Palladius in dialogo de vita Io. Chrysostomi p. 102.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἡ σὴ κεφαλὴ ζῶσα μὲν τέως, Μάκαρ,
Πηγὰς λογικὰς τοῖς βροτοῖς ἀνεστόμει.
Νυνὶ δὲ πιστοῖς ἐξ ἐνίκμων ὀστέων
Τεραστίων θάλασσαν ἡδίστην χέει.

Ἐις Γρηγόριον τὸν θεόλογον.

Τὸν ἄστυκον θόρυβον οὐ † στέργων, πάτερ,
Ἐις Πόντον ἐκπλεῖς, ἀλλ᾽ ὑποστρέφεις πάλιν·
Ἐκεῖθεν ἡμῖν ὄλβον οὐ φαυλὸν φέρων.

Ἐις εἰκόνα τῆς Πηγῆς.

Ζωῆς ἐγὼ †† βλέπων σε πήγην, πάρθενε,
Πᾶσαν φλόγα ††† σβεννύεις πάντος κινδύνου.
Σὺ γὰρ ἀναψυχεῖς με τοῖς τεραστίοις
Ἀφθαρσίας φέρουσα τοῖς κόλποις φλίβα.

Ἐις

† στέγων Lambec. †† f. βλέπω. ††† f. σβεννύειν.

εἰς Γρηγοριον) Nempe Philes noster, vt in prologo nostro diximus, reliquit nouem epigrammata seu hypotheses Orationum Gregorii Nazianzeni. Horum primum est, quod exhibemus, primum editum a Lambecio in Commentar. de bibl. Caesar. lib. III. cod. 80. pag. 184. et iteratum a Iac. Tollio in insignibus itinerarii italici pag. 200. Hic modo vnam vocem aliter exhibet; nam cum versu 13. Lambecius ediderit στεγων, Tollius scribit, στεργων, discrimine aut nullo aut leui: namque aliquis dici potest, μη στεγειν τον θορυβον· non *sustinere* non ferre aequo animo, tumultum. Pertinet vero hocce epigramma ad Orationem primam Gregorii, eiusque com-

3. In eundem.

Caput tuum, quoad vixiſti, beatiſſime vir, fontes ſpirituales
Mortalibus reclufit: nunc vero eiusdem arida oſſa dulciſſimum
Mare prodigiorum fidelibus effundunt.

4. In Gregorium theologum.

Quia ſtrepitum vrbanum non amas, pater, nauigas in Pontum:
Mox tamen inde reuerſus, felicitatem nobis affers non contemnendam,

5. In imaginem Mariae Peganae.

Vitae te fontem video, beata virgo: namque omnis
Periculi reſtinguis flammam, et miraculis me refocillas tuis,
Dum immortalitatis venam tuo fers ſinu.

complectitur argumentum. Ea enim in Operibus eius ſic inſcribitur: *Γρηγορια ἀπολογητικος της ἐις τον Ποντον Φυγης ἑνεκεν και ἀυθις ἐπανοδα ἐκειθεν μετα την τα πρεσβυτερα χειροτονιαν.*

V. 16. *ἐις ἐικονα τ. Πηγης*) Editum hoc epigramma eſt a Cangio in Conſtantinopoli Chriſtiana lib. IV. c. 15 De ipſo fonte Pegano dixi ſupra in annotationibus ad Carmen ſecundum. Menda quaedam parua tamen eliminanda ſunt. Nempe ſcribamus verſu 16. *βλεπω* et v. 17. *σβεννυειν video te exſtinguere*, vt habeamus conſtructionem faciliorem.

Ἐις τὸν Ἀβραὰμ ξενίζοντα τὴν ἁγίαν τριάδα.

Τί ταῦτα ποιεῖς; βουθυτεῖς, Ἀβραὰμ γέρον;
Οὐκ· ἀλλὰ δεῖπνον καὶ τράπεζαν ἀρτύω.
Ὁ δαιτύμων τίς, ᾧ τὸ δεῖπνον ἀρτύεις;
Ἡ τριὰς αὐτή. Καὶ θεὸς βοῦν ἐσθίει;
Οὐ γὰρ ἐρευνῶ τοὺς ἀποῤῥήτους λόγους.
Ὡς ὑπέρευγε πίστεως τῆς σῆς, γέρον,
Ὡς ὑπέρευγε τοῦ φιλοξένου βίου.
Καρπὸν γὰρ ἀμφοῖν, καρπὸν ὀσφύος † θύεις.

PRECES AD SPIRITVM S. CVM INTERPRETATIONE LATINA COTELERII.

Τὸ πνεῦμα τὸ ζῶν, ἡ θεόδροσος χύσις,
Ἡ καινοποιὸς καὶ παράκλητος χάρις,

Τὸ

† f. κυεῖς.

V. 20. εἰς τον Ἀβρααμ) Repeto hoc epigramma ex I. A. Fabricio bibl. Graecae tom VII. pag. 714. qui antea ἀνεκδοτον publicauit. Conſtat autem dialogo inter Hoſpitem quendam interrogantem et Abrahamum reſpondentem. Itaque diſtinxi perſonas et recta interpunctione carmen elucidaui. Reſpicitur autem ad Geneſ. XVIII.

V. 24. ου γαρ ἐρευνω) Ad quaeſtionem Hoſpitis, an deus poſſit conuiuio frui, quod apparetur, recuſat Abraham reſpondere, ſeque ait acquieſcere modo in voluntate dei, qui diuertere apud ſe et conuiuio excipi voluerit:

6. In Abrahamum S. triadem hoſpitio excipientem.

H. Cur iſtud agis? tune ſenex immolas taurum?
A. Non, ſed prandium menſamque apparo.
H. Conuiua tuus quis erit, cuius cauſa apparas prandium?
A. Ipſa Trias dei. *H.* Etiam deus comedit bouem?
A. Equidem non perſcrutor arcana dei verba.
H. O terque quaterque macte hac tua fide, ſenex,
Macte hac tua hoſpitalitate.
Namque vtriusque virtutis fructum, nempe corporis tui foetum gignis.

PRECES AD SPIRITVM S.

Spiritus vivens, dei roſcida effuſio,
Innouans et paracletica gratia,

 Viuifi-

voluerit: caeterum ſe ait nimis curioſe non diſquirere decreta et acta dei, eoque ſe ignorare, an et quomodo comedat deus.

V. 27. θυεις) *ſacrificas.* Scribae huius carminis in mente verſata fuit immolatio Iſaaci. At ille promittebatur tum, non mactandus erat. Repono certa coniectura κυεις· *oſcularis* filium, aut gignes filium. Namque hoc eſt, quod deus Gen. XVIII, 14. tanquam ξενιον δωρον Abrahamo pollicetur.

V. 28. Το πνευμα) Vulgauit hoc carmen Io. Bapt. Cotelerius monumentorum eccleſiae Graecae tom. III. p. 520.

Τὸ ζωτικὸν φῶς, ἡ πνοὴ τῶν ἀγγέλων,
Ἡ τῶν ἀγαθῶν ἄφθονος χορηγία,
Τὸ δημιουργὸν τῶνδε τῶν ὁρωμένων
Καὶ συστατικὸν τῶν ἀφανῶν κτισμάτων,
Ἡ πάνσοφος δύναμις, ἡ καινὴ δόσις,
Τὸ τῶν ἐπιστημῶν τε καὶ τεχνῶν κράτος·
Ἐν ᾧ πνέω, ζῶ, φθέγγομαι, χαίρω, γράφω·
Μένοις μεθ' ἡμῶν πανταχοῦ πάντα χρόνον.

pag. 520. ex eoque repetiit Fabricius bibl. graec. to. VII. p. 711. omiſſa tamen, quam Cotelerius appoſuerat, latina interpretatione. Memorat idem Caueus p. 655. et principium ſimul carminis: τον ἁγιον και ζωοποιον πνευ-



Viuificum lumen, angelorum ſpiritus,
Bonorum largiſſima erogatio,
Opifex harum, quas videmus, rerum,
Et inuiſibilium creaturarum conſlitutor,
Sapientiſſima virtus, nouum donum,
Scientiarum artiumque robur,
In quo ſpiro, viuo, loquor, gaudeo, ſcribo:
Vbique nobiſcum maneas per omne tempus.

μκ· quod tamen principium, credo, quod feſtinans Caueus errauit, vehementer differt ab edito verſu primo, aut potius non principium carminis, ſed inſcriptio fuit: ἐις το ἅγιον κ. ζ. π.







CARMEN XI.

EPITAPHIVM GEORGII PACHYMERAE.



Ἄλλον μὲν ἄνδρα ζωγραφεῖν ἴσως θέλων
Καὶ τῷ θεατῇ γειτνιῶντι δεικνύειν
Ἐκεῖνον αὐτὸν ἐν † σοφῷ κεκρυμμένον,
Συνηγόρους ἂν εἶχον εὐθὺς τοὺς λόγους,
Ὡς καὶ †† πνοὴν κιρνῶντας ἰσχὺν τοῖς τύποις.
Ἐπεὶ δέ σου θανόντος, ὦ διδάσκαλε,
Δοκοῦσι νεκραὶ τῶν λόγων αἱ χάριτες,
Δέδοικα, μὴ δύσφραστον εἰσοίσω κρότον
Ἀνδρὶ σοφιστῇ καὶ παθῶν ἐλευθέρῳ.
Πλὴν εἰ περιὼν ἐξ ἀτύφου καρδίας

Καὶ

† l. σορῷ. †† l. πνοῆς.

Hocce Carmen primus vulgauit Leo Allatius in diatribe de Georgiis pag. 373. sine dubio ex Vaticano codice, postea repetiit Fabricius bibl. Graecae tom. X. p. 718. Idem extat Parisiis in codice 1779. regio, teste Oudino tom. III. p. 678. Dicatum est memoriae *Georgii Pachymerae*, Dicaeophylacis in aula Michaëlis Palaeologi et Protecdici ecclesiae Constantinopolitanae, eruditissimi viri, theologi, historici, philosophi, mathematici, oratoris, multis librorum monumentis clari: de cuius tamen vita et scriptis differere supersedeo, cum id fecerint dudum multi alii, vt Hanckius de scriptoribus Byzantinis Part. I. cap. 34. p. 566. Du Pin bibliotheque des auteurs ecclesia-

CARMEN XI.

ELOGIVM PACHYMERAE.

Alium quidem forſan virum ſi vellem deſcribere et ſpectatori, quaſi
Ad tabulam accedenti, monſtrare alium iam ſepulcro conditum,
Statim adiutrix mihi foret eloquentia atque meae picturae aliquam dicendi
Sublimem vim inderet. Cum autem, te extincto, optime magiſter, ipſae
Eloquentiae Veneres videantur extinctae, admodum vereor, ne duram
Laudandi prouinciam ſim nactus, difficulter ornaturus virum et tam
Eruditum et a perturbationum vitio remotum. Veruntamen cum tu,

Adhuc

ecclesiaſtiques tom. X. p. 95. Fabricius biblioth. graeca tom. VI. p. 458. Oudinus de ſcriptoribus eccleſ. to. III. pag. 671. Leo Allatius loc. cit. Caueus, aliique. Anno circiter 1310. vitam cum morte commutaſſe videtur, iudice Fabricio, vt proinde eodem anno hocce carmen a Phila ſcriptum fuiſſe, veriſimile ſit.

Verſ. 3. ἐν σοφῷ) Scribendum aut ἐν σορῷ aut ταφῷ· et verſu 5. pro πνοην omnino πνοης. Eſt autem ἰσχυς πνοης ſpiritus poëticus et vires numerorum, quas ſuis verſibus, cum nolit eſſe languidos et elumbes, ab eruditione exſpectat.

V. 12.

Καὶ τῶν ἀμαθῶν ταῖς γραφαῖς ἐπεκρότεις,
Ὡς ἂν † ἔχει πρόθυμον ἡ φύσις δρόμον·
Νῦν τάφον οἰκῶν καὶ σιγῆς λίθον στέγων
Καὶ βιβλίων ἔρημον εὑρὼν πυθμένα,
Πῶς ἂν παρ' ἐδὲν τὲς ἐμὲς †† ἄγεις λόγες,
Καὶ ταῦτα ††† μικρὲ συντελευτῶντας χάριν;

Ἀλλ' ὦ πόλεις, πενθεῖτε κοινῇ τὲς νόμες·
Ὁ γὰρ παρ' ὑμῖν εὐσεβὴς Δημοσθένης
Τῆς ῥητορικῆς ἐ σκαλεύει τὴν φλόγα·
* Μὴ χέρσος ὀφθεὶς τῶν δικαστῶν ὁ θρόνος
Ἔγκεντρον ἐνδίδωσι λημμάτων βάτον.
Ὅμηρε πῶς τοσῦτον ἠρεμεῖς χρόνον;
Ἰλιάδα γράφειν σε δευτέραν δέον
Καὶ τὴν παλαιὰν δυσπραγῦσαν δακρύειν.
Ἐι μὴ γὰρ ἦν ἐκεῖνος ἐν διδασκάλοις

Ὁ

† f. ἔχοι. †† f. ἄγοις. ††† f. ἐ μικραν σοι τελευτας. * f. καὶ.

V. 12. ὡς ἂν ἔχει) De ſenſu dubito. An hic eſt? *vti nempe benigna et indulgens natura viri id ferebat*· vt δρομος προθυμος ſit propenſio ignoſcendi vitiis et excitandi ingenia laudationibus? An vero id refertur ad τες ἀμαθεις? *vti nimirum iuuenilia ſcripta minus elaborata, magis deproperata ſe habere ſolent*, vt nempe venia potius, quam laude videantur digna? An tandem legendum erit, ὡς ἂν ἔχοι· *eo conſilio, vt ingenia excitarentur et alacriter auderent ſcribere.*

V. 16. μικρε συντελευτωντας χαριν) Hoc nihil eſt. Scribas, niſi melior in promptu emendatio eſt: και ταυτα σοι μικραν συντελευτας χαριν· *praeſertim cum ea oratio tibi gratiam referat quantumuis paruam*, aut ita: και ταυτα ἐ μικραν σοι τελευτας χαριν· *praeſertim*

tibi

Adhuc ſuperſtes, animi tui modeſtia impulſus, vel
indoctorum ſcriptis
Applaudere ſoleres, vti ita promtius ingenia exci-
tares, nunc, quando
Iam ſepulcro teneris et ſaxum ſilentii ſuſtines et
fundum habitas libris
Defectum, num meam orationem nihili facies,
maxime cum ea
Tibi aliquam gratiam referre ſtudeat?

Sed communiter iam lugete leges, o ciuitates.
Non enim amplius
Flammam eloquentiae ſuſcitat pius veſter Demo-
ſthenes, ac deſolata
Iam iudicum ſubſellia meras ſermonum ſpinas et
Sentes proferunt. Et tu, Homere, cur tamdiu
quieſcis, cum alteram
Debeas ſcribere Iliadem ad deplorandam prioris tuae
calamitatem?
Niſi enim ille vir, qui, proh! nunc tacet in ſe-
pulcro dormiens,
Inter

tibi perſoluentes gratiam non paruam. Praecedente verſu forſan ponendum fuerit, ἄγοις.

V. 21. ἐγκεντρον - βατον) *deſolatum tribunal non profert ſentes argumentorum.* Ego vere ſenticoſam ſententiam proferri video. In laudem conuerti ea poſſet, ſcribendo ἐγκεντρων· *non profert amplius rubum acutarum et grauium ſententiarum*, quae oratore dignae relinquant aculeos in auditorum mentibus. Malo tamen pro μὴ ponere, και χερσος· i. e. in tribunali infelix lolium et ſterilis iam dominatur auena, ſeu deſerta ſunt iudicum ſubſellia et ſquallent ſentibus ineloquentium ac rudium cauſidicorum.

V. 24. παλαιαν δυσπραγκσαν) Ilias Homeri dicitur *calamitoſa*, quia interpretem ſuum perdidit et nunc iacet non intellecta.

Ὁ νῦν σιωπῶν καὶ καθεύδων ἐν τάφῳ,
Τίς ἂν τὸ βαθὺ τῆς πλοκῆς λύσας νέφος
Ἀνῆκε λαμπρὰν † τῆς γραφῆς τὴν αἰθρίαν;
Νῦν καὶ σὺ, νῦν τέθνηκας, ὦ γέρων Πλάτων·
Οὐ γὰρ μετεμψύχωσις, οὐδὲ Σωκράτης,
Γλώττης δὲ ταυτότης σε καὶ τέχνης κράτος
†† Ἐμπνοῦν καθαρῶς ὠργάνουν τῷ κειμένῳ.
Ἀριστοτέλες ἆρα κομπάζεις ἔτι;
Καὶ μὴν κρυβῆναι δεῖ σε καὶ σιγὴν ἄγειν,
††† Κλύσαντα σαυτοῦ δυστυχῶς τὰ βιβλία.
Ὁ γὰρ κατὰ σὲ τεχνικὸς διδάσκαλος
Ἄριστον ἐκτήσατο καὶ φίλον τέλος
Ἀναλυτικῶς ἐκδοθεὶς τοῖς πατράσιν.
Ῥώμη νέα, στέναζε καὶ θρήνους πλέκε.
Τῶν γὰρ λόγων ὁ κόσμος εἰς γῆν ἐκρύβη.

Πλὴν εἰ πάλιν αἴσθησιν εἰς λόγους * ἔχεις,
Παχυμέρη, προέλθε καὶ λογογράφει
Καὶ τοὺς τὰ μαθήματα συνθέντας νίκα,

Καινὰς

† f. τῇ γραφῇ. †† f. συμπνοῦν. ††† l. κλαύσαντα. * edit. ἔχοις.

V. 32. ἐμπνουν - - τῳ κειμενῳ) *te formarunt spirantem mortuo.* Senſu nullo. Namque et Subſtantiuum deeſt cum ἐμπνουν conſtruendum, et Datiuus τῳ κειμενῳ non habet, vnde regatur. Scribo, συμπνουν· *conformem, conſpirantem.* Nempe ſtili ſimilitudo et artis rhetoricae ſtudia Platonem reddunt cum Pachymere conſentientem.

V. 35. κλυσαντα) Quid eſt, *eluentem libros?* Lege, κλαυσαντα. Nempe varios commentarios et paraphraſes in Ariſtotelem reliquit Pachymeres, teſte Fabricio l. c. p. 466. Nunc hoc interprete mortuo, Ariſtoteles quieſcit

neque

Inter grammaticos fuiſſet, ecquis tandem ſpiſſam nubem
Tuarum tricarum diſcuſſiſſet et ſplendidam perſpicuitatis lucem
Tuis ſcriptis affudiſſet? Nunc etiam tu, ſenex Plato, nunc mortuus
Iaces. Non enim transanimatio aliqua, neque Socrates,
Sed linguae ſimilitudo atque eruditionis vis te reddidit ei
Prorſus conſpirantem et eundem atque hunc mortuum.
Et tu adhuc ſuperbis, Ariſtoteles? Quin te deceret latebras quaerere
Et quieſcere, infelix librorum tuorum fatum deplorando.
Namque artium tuarum doctor nunc optimum et optatum finem
Nactus eſt, reſolutus et ad patres ſuos miſſus.
Suſpira quoque, noua Roma, et lugubres necte cantus.
Namque ornamentum eruditionis in vmbras abiit.

Veruntamen ſi vllum adhuc habes eruditionis ſenſum, Pachymera,
Prodi et libros compone et vince eos, qui mathematicas diſciplinas
Tractant

neque legitur, cum propter ſtili obſcuritatem ſine interprete legi nequeat et clanſus videatur. Sin obſcuritatem nolis philoſopho exprobrari, legas mea pace κλαυσαντα· *defleas tuos libros*, interprete orbatos. Poſtea v. 38. alludit poëtaſter ad libros *Analyticos* Ariſtotelis, memorans Pachymerae beatam ἀναλυσιν.

V. 43. *τα μαθηματα συνθεντας*) Reſpicit ad mathematica ſcripta Pachymeris, quae facile ex Fabricio cognoſci poſſunt.

V. 55.

Καινὰς ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐκδιδάσκων εὑρέσεις.
Ἵνα δὲ τὰ πρέποντα συλλήβδην φράσω,
Ὁ σύλλογος πᾶς τῶν σοφῶν κόπτεσθέ μοι.
Ἡ γὰρ κιβωτὸς τῶν καθ᾽ ἡμᾶς βιβλίων
Εἰς τὴν κιβωτὸν τῆς φθορᾶς ἀνετράπη.
Δικαιοφύλαξ, εἰ μέτεστί σοι πάλιν
Θεσμῶν φυλακῆ, καὶ βραβεύεις ταῖς δίκαις,
Θέσπιζε, δογμάτιζε, τὰς στάσεις λύε,
Τὴν ἀπροσωπόληπτον ἐξάγων κρίσιν.
Ζῆλος γὰρ ὁ πρὶν οὐ συναπέθανέ σοι.
Ἄρ᾽ οὐχὶ καὶ ζῶν τὴν τελευτὴν ἐσκόπεις
Καὶ τόνδε καλῶς ἐτραγώδεις τὸν βίον;
Ὦ κύκνε λευκὲ, τῷ πρεπώδει τοῦ χρόνου
† Ἐκεῖνο τοῦτο· καὶ τοσούτων φεῦ πόνων
†† Τὸν τοῦ τέλους τρίπηχυν ἀνθεῖλου τάφον.
Ὦ γλῶσσα δεινὴ καὶ γραφῶν θεῖον στόμα,
Καὶ νοῦ καθαρὲ, ποῦ ποτ᾽ ἐκρύβης; λέγε.

Ἰδὼν ἔγωγε, φησὶ, τὸν θνητὸν βίον
Ὡς ἐστιν οὐδὲν, ἢ σκιᾶς ἴνδαλμά τι
Καὶ φάσμα ῥευστὸν ἐν μετάρσει Εὐρίπου,

Καὶ

† f. ἐποιεις.   †† f. τῶν τοῦ μέλλει.

V. 55. ἐτραγώδεις) Phrafis haec, τραγῳδειν τον βιον, fignificat *deplorare vitam humanam* eiusque agnofcere et recenfere calamitates; quod poftea fit verfu 61.

V. 57. ἐκεινο τουτο· και τοσουτων)] Mendum video, bonam emendationem non video. Interim fcribo:

ἐποιεις

Tractant, atque eos doce noua inuenta huius disciplinae.
Et vt omnia, quae opus est, vno verbo complectar,
Vniuersus sapientum coetus mecum plangat. Lugete.
Namque nostrorum librorum loculi in loculum corruptionis
Transvecti sunt. O Dicaeophylax, iustitiae tutor,
Si habes denuo penes te aliquam legum custodiam, si tribunalibus
Denuo praesides, cognosce, edicta fac, responde de iure, controuersias
Tolle iudicio sincero absque partium respectu. Namque tuus pristinus
Iustitiae amor neutiquam tecum emortuus est.
At nonne etiam, viuus adhuc, ad finem vitae respexisti
Et huius vitae incommoda grauiter deplorasti?
Omnino, candidissime olor, eo, quo decebat,
Tempore, id fecisti et pro tantis tui cantus laboribus
Nil aliud, quam trium cubitorum loculum retulisti.
O eloquentissima lingua, o diuinum os sanctis scripturis plenum,
O purissima mens, vbi lates? quorsum secessisti? Dicito.
Obseruans ego, inquis, mortalem vitam nihil
Amplius esse, quam vmbrae aliquod simulacrum et fluxum
Spectrum, Euripi fluctibus inconstantius,

ἐποίεις τȣτο, και τ. φ. π. των τȣ μελȣς τριπηχυν ἀ. τ. Tu tanquam olor conuenienti tempore deplorabas vitam, et pro his cantibus tuis recipis sepulcrum trium cubitorum.

Καὶ πομφόλυξ καὶ τέφρα καὶ καπνοῦ χύσις.
Ἢ παικτὸς ἀστράγαλος ἐν μειρακίοις
Ἢ κύβος ἑστὼς εἰς ἀσύστατον βάσιν,
Παρῆλθον εἰς τὸν δεῦρο τῆς ταφῆς τόπον,
Ἀναμένων σάλπιγγος ἐσχάτης κτύπον,
Ὑφ' ἧς ἐπαρθεὶς εἰς συνάντησιν φθάσω
Τοῦ τὴν κτίσιν κρινοῦντος ἐνδίκῳ λόγῳ.
Τὸ γοῦν ἀφιλόκομπον ἐνθάδε γράφων,
Σίγα τὰ σεμνὰ τοῦ γένους ἀθύρματα.
Ἡ γὰρ ταπεινὴ καὶ πατουμένη κόνις,
Κἂν ἐκριπισθῇ καὶ πρὸς αἰθέρα δράμῃ,
Ἀλλ' οὖν πάλιν κάτεισιν, οἷάπερ κόνις,
Ὅταν ὁ κλωστὴρ τῆς ζωῆς παραδράμῃ.
Βίβλοι δὲ πᾶσαι καὶ λόγοι καὶ σχήματα
Καὶ συλλογισμοὶ καὶ προτάσεις καὶ στάσεις,
Εἰς οὐδὲν ἐρρέτωσαν, ὡς ὄναρ μόνον.
Ἡ γὰρ τελευτὴ συμπεραίνει τὸν βίον.
Εἰς τὴν ἀναπόδεικτον †εὐετηρίαν.
Σὺ δ' ἀλλὰ †† μὴ θαύμαζε τῶν ἄλλων πλέον

Αὐθαί-

† f. ἐφημεριαν. †† ἀλλα μου aut μοι.

V. 74. ἐκριπισθη) Phrasis psalmi I, 4.

V. 78. προτασεις και στασεις) Ad scripta Pachymeris logica et philosophica et rhetorica, quae multa sunt, respicit et potissimum forsan ad eius μελεται εις τα προγυμνασματα και εις τας στασεις, quas Fabricius pag. 468. memorat. Rhetorum vero στασεις sunt illi quatuor causae iuridicialis status.

V. 80. συμπεραινει) *mors concludit ad indemonstrabilem abundantiam.* Quando logici hominis syllogismos et praemissas nominauit, nunc mortem non illepide Conclusionem vocat et inde efficit ευετηριαν αναποδεικτον. In se ευετηρια est fertilitas agrorum atque exinde oriunda

Et inanem bullam et fauillam et multum fumum,
Aut lusoriam tesseram Puerorum
Et talum instabili talo iacentem;
Igitur huc secessi in sepulcri domicilium,
Et operior hic postremae tubae clangorem,
Ab qua excitatus statim occurram obuiam ei, qui omnem mundum iustissimis iudiciis diiudicaturus est.
Tu ergo de me nihil, nisi quod gloriatione
Vacet, scribe: mitte generis mei splendidas nugas.
Etenim humilis et proculcata puluis, etiamsi vento excitata ad aetherem vsque euolet,
Tamen, vt puluis, rursus decidit,
Simulac vitae fusus ad finem decurrerit.
Libri autem omnes et disciplinae et schemata
Et syllogismi et propositiones ac causarum status
Valeant, abeant, vt mera somnia.
Namque mors conclusionem facit vitae in breuitatis summam vix monstrabilem.
Tu potius alia mearum rerum admirare

X 2 Ac

oriunda annonae vilitas frugumque abundantia: hic autem notat, vt puto, inenarrabilem beatae vitae faustitatem et summam copiam bonorum, in coelo piis mentibus destinatam. Non nego tamen, proditurum sensum contextui conuenientiorem, si legas ἐφημερίαν· *mors concludit vitam spatio vnius diei, vix percipiendo et prope indemonstrabili.* Ad indicandam vitae breuitatem saepe mortales nominantur ἐφήμεροι· vt a Platone de republ. lib. X. pag. 763. e.

V. 82. μὴ θαυμάζε) Certa coniectura repono, μοι. Defunctus vult se laudari a morum probitate: antea voluit, se non laudari ab eruditione.

V. 86.

Ἀυθαίρετον πενίαν, ἦθος μέτριον,
Βίε τε παντὸς ἐμμελῆ μεσεργίαν
Καὶ τῆς ψυχῆς τὸν φθόγγον, ει βέλει † ξένε,
Δι' ὃ τὰ δεῖνα τῶν παθῶν †† ἦγε θράση,
Λύρας μεσικῆς ἐκμιμέμενος τόνες.

Ὡς εὖγέ σοι γένοιτο καὶ τῶν νῦν λόγων
Τῷ μυςαγωγῷ τῶν σοφῶν παιδευμάτων.
Ου γὰρ σιωπᾷς, ἀλλὰ κἀνταῦθα πλέον
Τῆς ἀρετῆς τὸ χρῆμα δεικνύεις ὅσον,
Ὥςε χεδὸν ζῆς καὶ δοκεῖς τι συγγράφειν,
Οικῶν, σοφιςὰ, τὴν ςοὰν τὴν ἐχάτην
Καὶ τὴν περισπέδαςον ††† ἀποδημίαν
Ἢ τὴν πρὶν Ἀθήνησιν ἀκαδημίαν.
Ἔγωγε δὲ μάλιςα νῦν μαθὼν ἔχω
Ὅτι δίκαιος, ἂν τελευτῆσαι φθάσῃ,
* Ἔςαι πρὸς ἀνάπαυσιν, ὁ γραφὴ λέγει,
Καὶ ζῇ καθαρὸν καὶ παθῶν ξένον βίον,
Εις φῶς μετελθὼν ἐυτυχῶς ἐξ ἑσπέρας.

† f. , ξένον. †† f. ἦχα. ††† ἀκαδημιαν.
* f. ἐςι.

V. 85. ἦγε θραση) Scribo: ἦχα aut ἦξα ab ἄγνυμι seu ἄγω *frango*. De metaphora scientiae musicae ad concinnitatem vitae videas Himerium eclog. 37, 3.

V. 94. περιςπεδαςον ἀποδημιαν) Cum Pachymerem, ait, incolere *extremam porticum*, alludi ad Zenonis porticum intelligo: cum vero eum ait *expetitam pere-*



CAR-

Ac prae caeteris voluntariam paupertatem, moderatos mores,
Vitae totius modum et concinnitatem, quauis lyra aptiorem,
Et rarum animi mei, si placet, sonum, quo ferociam
Animi perturbationum et calamitatum compescui,
Tenoremque imitatus sui concinne sonantis lyrae.
Macte esto, sapientium disciplinarum antistes, hoc sermone.
Gratulor hanc orationem. Non enim siles, sed hic multo magis,
Quam vnquam, quanta sit virtutis dos, nobis demonstras,
Ita prope viuis et scribere aliquid videris, Magister,
Quantumuis iam verseris in extrema Porticu
Et in illa expetenda Academia, quae multo est praestabilior
Illa vetere Athenarum Academia.
Ego vero nunc quam maxime exploratum habeo,
Iustos viros, qui cito mortem oppetierint,
Esse in requietem traditos, vti Scriptura loquitur,
Ac viuere vitam veram et puram et omnis infortunii
Expertem, quippe e tenebris ad lucem felicissime transgressos,

grinationem incolere, nil intelligo. Sed si reponas, ἀκαδημιαν et simul mente teneas το μαλλον, quod in adiectiuo περισπεδαστος latet, tunc intelligo allusionem ad Platonis scholam, cui coeleste Gymnasium anteferatur.

V. 98. ἴτας προς ἀναπαυσιν) Alludit ad Hebr. IV, 3. et Iesa. LVII, 1. et versu 100. ad Eph. V, 8.







CARMEN XII.

EPITAPHIVM IN IO. PHACRASEM.



Οἶον τὸ συμβάν; Φακρασῆς γὰρ ἐνθάδε
Θρήνων ἀφορμή; Φακρασῆς; ὦ τῆς τύχης!
Τί γὰρ τοσοῦτον ἄλλο δεινὸν τῷ χρόνῳ;
Τῆς φύσεως τὸ θάμβος ἐν τοῖς ἀψύχοις·
Τῶν πραγμάτων ὁ κόσμος ἐν τάφῳ κόνις·
Τὸ κάλλος εἰς γῆν· ἀπρεπὴς ἡ σεμνότης·
Ἡ δόξα καπνὸς, ἐν σιγῇ τὰ τῶν λόγων·
Ὁ πλοῦτος ἀργός· εὐτελὴς ὁ πᾶς βίος·
Ὁ καλλίπαις ἔρημος. Ὦ ζῶντος πάθος
† Ἀνδρὸς τελευτῆς ζῆν ἀτεχνῶς ἀξίου.
Λειμὼν γὰρ ἦν ἐκεῖνος εἰς τὸ πᾶν γένος·
Τῇ τῶν ἀγαθῶν ἐντελεῖ βλάστῃ βρύων,
Ἡ χαρίτων θαλάμος, ἡ Μουσῶν τόπος,

† f. ἄτερ.

Hoc Carmen, quod tamen in fine mutilum est, primus edidit Leo Allatius in diatribe de Georgiis. Inde repetiit Fabricius B. G. tom. X. pag. 542. atque ex eo hic denuo exhibetur. Dicatum est memoriae Ioannis Phacrasis, Magni Logothetae sub Michaële seniore, vt in Praefatione diximus, atque scriptum forsan anno 1302. est.

CARMEN XII.

ELOGIVM PHACRASAE.

O qualis caſus? Phacraſes num hic eſt lamentationis materia? Phacraſes? O fortuna, quid audes? Ecquae alia calamitas his temporibus aeque grauis accidit? Illud ingenium, quo obſtupeſcebamus, in res inanimes relatum eſt: ornamentum rei publicae iam puluis in ſepulcro eſt: pulcritudo ſub terram iuit: grauitas morum perdidit decorem: gloria euanuit: eloquentia ad ſilentium redacta: opes otioſae vacant: omne vitae inſtitutum euiluit: cinctus multa ſobole nunc ſolitarius eſt. O triſte fatum viuentis! o mortem viri, prorſus vita digniſſimi ſempiterna!

Erat enim ille in tota natione pratum maturo
variorum bonorum germine ſcatens:
Erat thalamus Gratiarum et ſedes Muſarum:

V. 9. ὠ ζωντος παθος ἀνδρος τελευτης) Haec intelligi nequeunt. Anceps tamen emendatio et interpunctio. Poteſt ſic ſcribi: ὠ ζωντος παθος! Ἀνδρος τελευτὴ, ζῆν α. α. *O calamitoſum me ſuperſtitem! o mortuum virum diuturniore vita dignum!* Aut ita: ὠ ἀνδρος παθος, ἀτερ τελευτης ζῆν. *O fatum viri, qui absque morte prorſus viuere debuiſſet!*

Ἡ καταγωγὴ τῶν Θεοῦ προσταγμάτων,
Οἷς ἐκ βρέφους † ὤπλισσε λαμπρῶς τὸν βίον,
Ἀντικαταστὰς πρὸς τὰ τῆς ὕλης πάθη.
Τίς ἱκανὸς τοσοῦτον πενθῆσαι τέρας;
Ἥλιε καὶ γῆ καὶ τελευταῖοι †† κρότοι,
Κἂν ἐκ θαλαττῶν συνάγῃ τὰ δάκρυα.
Πρεσβύτατον γὰρ καὶ πρὸ τῆς ἡλικίας
Ἐκεῖνον εὑρὼν καὶ περὶ λόγους μέγαν,
Αὐτὸς βασιλεὺς, ὁ σκοπῶν εὖ τὰς φύσεις,
Ἀνῆκεν αὐτῷ τὰς λαβὰς τῶν πραγμάτων.
Ὁ δ' εὐθὺς ἦν ἄγρυπνος ἐν τούτοις φύλαξ,
Σοφῶς κυβερνῶν τῶν φυλῶν τὴν ὁλκάδα·
Καὶ Λογοθετῶν ἐγκριθεὶς ††† τοῖς * ὀλβίοις
Ὁσημέραι προὔκοπτεν εἰς τὰ βελτίω.

Τοῦ

† l. ὤπλισε. †† f. βροτοί. ††† edit. τῆς.
* f. ὀλκίοις.

V. 15. ὤπλισσε) Non dubito, quin haec lectio ab Allatio profecta sit, vt supra carmine X, 4. ἔλυσσεν. Voluit enim metro iambico consulere, literam geminans. At Philae consuetudo syllabas numerat, non ponderat, non poëtica licentia formas grammaticas mutat, non geminat litteras.

V. 16. ὕλης πάθη) *Materia* h. l. corpus est seu caro, vt Scriptura loquitur.

V. 18. τελευταῖοι κρότοι) *Extremos plausus* inuocat poëta, non meriturus profecto criticorum plausum. Veruntamen mutes non interpunctionem modo, coniungens versum 17. cum 19. sed etiam hanc vocem, reponens, *βροτοί, o postremi mortales. O sol atque terra et seri posteri, vestram fidem!* Licebit etiam scribere καὶ τελευτῆσαι κρότους *et debitos plausus ei reddere.*

V. 20.

Erat domicilium praeceptorum diuinorum, quibus
inde a pueritia vitam ſuam
Egregie muniuerat, maſcule repugnans perturba-
tionibus mentis prauis.
Ecquis tandem, o Sol, o terra, o poſteri omnes,
ſatis idoneus erit
Ad tantum hominis portentum rite deplorandum,
etiamſi vel ex maribus omnibus
Colligat lacrymas! Huic enim, cum vel ante aeta-
tis maturitatem
Senex et in diſciplinis eruditis magnus appareret,
ipſe Imperator
Isque ingeniorum diiudicandorum apprime peritus,
commiſit reipublicae
Adminiſtrationem. Tum ille ſtatim elucebat vigi-
lantiſſimus
Negotiorum procurator et tanquam ſapientiſſimus
gubernator
Ad clauum tot gentium ſedebat, atque ita guberna-
culis Logothetarum admotus, in dies
proficiebat plurimum.

V. 20. πρεσβυτατον - προ - ἡλικιας) Canum mente, non mento, et in iuuenta praeditum ſenili grauitate et prudentia laudat. Conf. noſtrum Himerium Eclog. XIII, 24. Imperator autem, qui illas animi virtutes intellexit et praemiis condecorauit, Michaël Palaeologus ſenior fuit.

V. 26. Λογοθετων - τοις ὀλβιοις) Hi *fortunati Logothetarum* quales ſint, alius dicat. Ego, cum vbique literas β et κ confundi ſciam, ſecure repono, τοις ὀλκιοις · *admotus gubernaculis Logothetarum*, i. e. magnus Logotheta creatus. Το ὀλκιον *clauum gubernatoris* denotat, et vti το πηδαλιον et οἱ οιακες, ad regimen adminiſtrationemque reip. paſſim transfertur. Ipſi Logothetae erant ſcribae rationum: ſed magnus Logotheta erat quaſi Cancellarius aulae, qui diſponebat mandata et aureas bullas Impe-

Τȣ͂ δὲ φθόνȣ πνεύσαντος αὐτῷ πρὸς βίαν,
Καὶ τὴν ἀγαθὴν παρενεγκόντος τύχην,
Ὁ παῖς βασιλεὺς, τȣ͂τον ††† εὑρὼν πατρόθεν,
Τὰς ἰδίας πρȣ͂θηκεν αὐτῷ φροντίδας.
Κἀνταῦθα δειχθεὶς ὑπὲρ ἀνθρώπȣ φύσιν,
Ἐδυσφόρει μὲν κατὰ τῆς φαύλης τύχης,
Ἔχων δὲ τὴν σύνευνον, ἑδραίαν βάσιν,
(Ἐπεὶ βοηθὸς καὶ τρυγὼν ἦν τὸν τρόπον,
Καὶ τῇ κατ᾽ αὐτὸν †† προσφυῶς ὄντως φύσει,)
Πέπονθεν ȣ̓δὲν ὑπὸ τȣ͂ δεῦρο κλόνȣ·
Ὤφθη δὲ τȣ͂ θλίβοντος αὐτὸν βελτίων,
Καὶ τȣ͂ βίȣ κάλλιστα τὸν πλȣ͂ν ἰθύνας
Καὶ λαμπρὸν ὑπόδειγμα φανεὶς τῇ κτίσει.

† f. αἴρων. †† l. προσφυὴς.

Imperatoris ad praesides prouinciarum, vt ait Curopalata de officiis aulae Cptanae p. 59.

V. 31. τας ιδιας πρ. φροντιδας) Ait Andronicum seniorem, Michaelis filium, ei, quem a patre relictum inuenisset, commisisse priuatas *curas suas*. Vbi neque scio, quodnam aulae officium his verbis innuat, nisi forsan *Domestici* aut *Protosecretarii*, neque certus sum, anne reponere praestet, τȣτον αιρων πατροθεν, *a patre eum sumens*. Vnde sensus prodit commodior; nempe Phacrases



Vbi vero violentus inuidiae ventus eum afflabat et a fortunae
Curſu abreptum iactabat, tum iunior imperator eum ex
Paterna aula abductum ſuis ipſius rebus curandis praeficiebat.
Hic vero ille plane humana ſorte auguſtior apparebat:
Namque tolerabat quidem multa a ſiniſtra fortuna, tamen
Quia validiſſimum habebat praeſidium in optima coniuge,
Quae et adiutrix et morum caſtitate turtur et ingenio erat eius ingenii ſimillimo praedita,
Nihil grauius ab illa tum rerum perturbatione patiebatur.
Apparebat enim multo praeſtantior eo, qui eum tum vrgebat,
Et cum vitae ſuae curſum ſapienter direxiſſet
Aque illuſtre exemplum omnibus viſus eſſet, etc.

mala fortuna afflatus in Michaelis offenſionem incurrerat; quare auferebatur ex eius aula et transferebatur ad aulam Andronici, forſan pariter Logothetae dignitate.

V. 36. προσφυως όντως φυσει) Laborabit conſtructio, niſi ſcribas προσφυης nempe συνευνος. Felicem praedicat poëta iſtum, quod habuerit vxorem ſimillimi ingenii eamque expertus fuerit caſtam, more turturis, et fidam periculorum ſociam et auxiliatricem.



CAR-





CARMEN XIII.

IN

TEMPLVM EVERGETAE.



INTRODVCTIO.

CAROLVS DV FRESNE, DOM. DV CANGE, in Conſtantinopoli Chriſtiana lib. IV. cap. 1. pag. 79. haec ſcribit: „EVERGETAE, ἐυεργέτȣ, monaſterium Chriſto Saluatori ſacrum. - - - „ Ex quibus monaſterii ſitus quodammodo „ percipitur, fuiſſeque proximum Blacherniano et Freto abunde intelligitur: quod „ et firmat Pachymeres lib. V, 10. vbi ait „ portum, quo Latini ſeu Franci, dum Vrbem tenebant, vtebantur, adiacuiſſe Monaſterio Euergetae. Vnde forte colligi „ poteſt

„ poteſt per. την προς τω Νεωριω ἐκκλη-
„ σιαν, in qua muſiuo opere deſcriptae Aca-
„ cii Patriarchae etiam ſuperſtitis imagines
„ dicuntur apud Suidam in illius elogio,
„ eam eſſe, quae Ευεργετȣ dicta eſt.
„ Meminit denique iſtius Monaſterii Can-
„ tacuzenus lib. III, 79. quod μονην χριςȣ
„ τȣ Σωτηρος και Ευεργετȣ vocat: vt et
„ Pachymeres lib. IX, 5. XIII, 8. Haben-
„ tur in Bibliotheca Regia ſequentes verſus
„ Philes, qui dicuntur fuiſſe inſcripti in
„ templo Saluatoris Euergetae, codice
„ MMLVI. ex quibus Sanctimonialium ac
„ Virginum fuiſſe docemur. Hos, haud
„ magni licet momenti, hic deſcripſimus. "
Deſcripſit omnino 24. verſus quaſi geminae inſcriptionis Cangius, ſed vt legi nequeant et merito videantur, ita quidem ſcripti, eſſe nullius plane *momenti*. Namque nuſpiam ſtructura recta, nuſpiam lineae cohaerent, nuſpiam ſanus ſenſus, ſcopae diſſolutae vbique. Nimirum accidit bono viro, ea carmina deſcribenti, quod ſupra

carmine

carmine IV. accidiſſe vidimus. Coniunxit is duas lineas, quae in codice regio ſtabant oppoſitae, primam cum tertia, quintam cum ſeptima, viceſimam tertiam cum ſecunda et ſic porro, vt mera exiſteret confuſio linearumque perturbatio et vt carmen ſecundum, quod linea XIII. incipit, cum linea XIX. incipere videatur. Quem errorem ſimulac intellexi, latere enim nequibat, duas columnas linearum ordinaui, et vtrique duodenos verſus attribui atque ita vtrumque carmen in ordinem reuocaui iuſtum, vt legi et intelligi queat. Iam verſus primus cum decimo tertio, ſecundus cum decimo quarto et tandem duodecimus cum viceſimo quarto apte cohaeret ipſaque epigrammata ſunt diſtincta. Vtrumque poëmation eiusdem eſt argumenti continetque deſcriptionem picturae in templo Evergetae ſuſpenſae, quae exhibebat Chriſtum humana figura pictum, de coelo deorſum proſpicientem ac manibus paſſis coetum monachorum fortunantem, circum-

ſtante

ſtante angelorum choro et Chriſtum religioſe adorante. Quod vero Cangius ex hoc poëmate elicit, Monialium fuiſſe illud Euergetae coenobium, ex eo elicere nequeo, potius Coenobitarum marium habitaculum fuit.



ΣΤΙΧΟΙ ΤΟΥ ΦΙΛΗ, ΓΡΑΦΕΝΤΕΣ ΕΝ ΤΩ ΝΑΩ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΧΡΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΥ ΗΜΩΝ ΤΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ.

Θεὸς μεθ' ἡμῶν ὀυρανὸς τάχα κλίνας,
Πλὴν ὀυκ ἐπὶ γῆς ἀλλ' ἐφ' ὕψους ἠρμένος,
Τὴν συναγωγὴν ἐυλογεῖ τῶν ἀζύγων·
Καὶ δείκνυται σὰρξ ἐυπαθὴς, μὴ κομπάσας·
Ὡς ἂν ἐπ' αὐτὸν μυςικῶς † ἀναδράμῃ
Καὶ μὴ φύγῃς, ἄνθρωπε, τὴν σωτηρίαν.
Ἐξίςαται δ' ὀυν ὁ ςρατὸς τῶν ἀγγέλων,
Ὁρῶν πρὸς αὐτὸν, ὡς ὁρᾷς, ὀυκ ἰσχύων.
Ἐι δ' †† ὀυχὶ καὶ ††† πρεκύπτει αὐτὸς ὑψόθεν
Δεικνὺς ἑαυτὸν, ὡς δοκεῖ, * βιβλίῳ·

Πῶς

† ἀναδράμῃς. †† ὅτος. ††† f. προκυπτει.
* ἐν βιβλιῳ: aut ἐγκυκλιον.

Γραφεντες ἐν τῳ ναῳ) Intelligo *inſcriptos in templo illo*, nempe additos ad inſtar inſcriptionis tabulae cuidam in templo pictae, quae referebat monachos canentes, Chriſto deſuper in eos proſpiciente inter angelorum catervas.

V. 1. Θεος μεθ' ἡμων) Nempe Chriſtus Immanuel, cui ſacrum eſt templum.

ὀυρανες τ. κλινας) Alludit poëta ad 2 Sam. XXII, 10. και ἐκλινεν ὀυρανες και κατεβη.

V. 3. συναγωγην ἀζυγων) Societatem hanc coenobitarum innuit, quos infra v. 18. μοναςας et v. 13. νυμφας, hic ἀζυγας nominat, ſolitariam et coelibem vitam indicans. Ἐυλογειν autem apud Chriſtianos eſt *benedicere*, bene precando et gratias fortunasque conferendo.

V. 4.

VERSVS PHILAE, SCRIPTI IN TEMPLVM SERVATORIS CHRISTI AC DEI NOSTRI EVERGETAE.

Coniunctus nobiscum deus declinat coelum, non tamen in terra conspicuus
Sed in sublime elatus, hic prosperitatem confert in coetum coelibem:
Seque absque iactantia ostendit in caduca carne,
Vt nempe tu, homo, cum mente tua ad eum accurras neque tuam salutem refugias.
Stupet igitur exercitus angelorum, non valens, vt vides, ad eum prospicere.
Si vero ipse ex alto prospicit ille,
Seque, vt videtur, in libro tabulae conspiciendum praebet,

Quo-

V. 4. *μη κομπασας*) Christi *ταπεινοφροσυνην* ita indicare vult, respiciens ad Philip. II, 5. 6. Postea legas, *ἀναδραμης*.

V. 8. *ὁραν - ὀυκ ἰσχυων*) Sine dubio sacri Genii in illa pictura exhibebantur in terram proni, more Orientalium adorantium, aut facie alis obtecta, vt apud Iesa. VI, 2.

V. 9. *Ἐι δ' ὀυχι κ. προκυπτα*) Plane mendosus hic cum sequenti versus est. An reponendum: *ἐι δ' ὁυτως και π. - - δοκει, ἐν σαρκιῳ·* Quodsi Christus se prospiciens ostendit incarnatum. Durior tamen ea emendatio. Mollior forsan haec: *ἐν κυκλιῳ* aut *ἐγκυκλιον·* *ostendens se cinctum et circumdatum*, nempe v. 16. angelis. An scribendum, *ἐι δ' ὁυτος και προκυπτει - δοκει, ἐν βιβλιῳ.* *Cum vero ille ipse* Christus *ex alto prospiciat seque, vt videtur, in hac pictura*

Πῶς ἂν ἐσίγα ταῦτα μικρᾶ τὰ ςίφη,
Οἷς καὶ πνοῆς δύναμιν ἡ τέχνη γράφει;

*Ἕτερον.

† Νυμφὸν ὁρῶν ἐνταῦθα †† τῆς ἐκκλησίας
Σκόπει, θεατὰ, καὶ τὸν ὕψ8 νυμφίον,
Ὃν ἄςρα μικρὸν καὶ πολύχρωμος πέλος
Καὶ δυνάμεις κυκλᾶσι καὶ τ᾽ ἄλλα ςίφη·
Θεὸς γάρ ἐςι καὶ προκύπτει καὶ βλέπει,
††† Τᾶ τῶν μοναςῶν ἀκροώμενος μέλος.
* Ὢ τῆς νοητῆς ἐκταθείσης πάςαδος
Ὡς ** ἀντίπαις ἔλαμψεν ἡ σωτηρία.
Πλὴν πάντα καινὰ καὶ *** χὲ ἐυζῶντες τύποι

Φρίτ-

† f. Νυμφῶν. †† f. τὴν ἐκκλησίαν. ††† τὸ
* ὧν. ** ἐντυπκὰς aut ἀντικροὺξ.
*** σχεδὸν ζῶντες.

pictura ac tabula ostendat, quomodo tacere de eius laudibus possent *hi ordines religiosi*?

V. 12. πνοῆς δ. ἡ. τ. γραφει) *quibus ars* pictoris *tribuit vim spiritus*, i. e. quorum pietatem et precum ardorem ipse gestus vultusque et oris lineamenta in pictura exprimunt ac produnt.

V. 13. Νυμφον- ἐκκλησιας) Legendum videtur: νυμφῶν ὁρᾳς ἐντ. την ἐκκλησιαν. *Conspicis hic aedem Sponsarum*, nempe ipsum monasterium Euergetae, quod incolitur ab ἀζυγοις, coelibibus, sponsis Christi spiritualibus.

V. 19. ὢ της ν. ἐ. π. ὡ. ἀντιπαις ἐ. ἡ. σ.) Multa menda. Quid, si scriberem: ὧν τῃ νοητῃ ἐκταθειση παςαδι ὡς ἐν τυποις ἔλαμψεν ἡ σωτηρια· *cuius spirituali thalamo allucet salus in typis picturae*. Thalamus Christi ecclesia est. An hoc erit melius: ὧν της ν. ἐ. παςαδος ὡς ἐντυπως ἐ. ἡ σ.

quorum

Quomodo haecce cohors vnquma ſileret,
Cui pictoris ars vim ſpiritus tribuit?

Aliud.

Dum eccleſiam ſponſarum hic cernis, Spectator,
Contemplare etiam ſublimem ſponſum,
Quem ſtellae et diſcolor coelum
Et poteſtates caeteraeque cohortes prope ambiunt.
Is deus eſt et proſpicit deorſum,
Dum cantum audit coenobitarum.
Horum ſpiritualis thalamus, cum ſit paratus et extenſus,
Salus quaſi remuneratio ſponſalis elucet.
Veruntamen ſunt hic omnia admirabilia et figurae prope viuentes

quorum monachorum *ſpiritualis thalami ſalus lucet in pictura.* i. e. ipſa tabula declarat ſummam felicitatem ac beatam vitam, cuius compotes fiant ſponſae Chriſti in hoc templo, tanquam ſpirituali ſuo thalamo. Aduerbium *ἐντυπως impreſſe* explanat Heſychius. Aut ſcribe, quod verius puto: *ὧν τ. γ. ε. π. ὡς ἀντιπροιξ ἔλαμψεν ἡ σ.* coenobitarum ſpiritualis thalamus cum expanſus eſt, exiſtit ſtatim et apparet ſalus et beatitudo tanquam ſponſi munus in vicem dotis datum. Hoc enim eſt *ἀντιπροιξ*, quod *ἀντι προικος* datur. Nempe monachi ſaluantur per Chriſtum, quia eum vt ſponſum ſuum colunt.

V. 21. *και σχε ἐυζωντες τυποι*) Monſtrum lectionis. Facile leges: *και σχεδον ζωντες*, idque ſic intelliges: omnia hic ſunt mirabilia et pictura prope viuit, ſiſtens pios monachos ad gratiam Chriſti adſtupentes quaſique attonitos. Nempe pictura *δυναμιν πνοης* affectumque pietatis v. 12. expri-

Φρίττουσι τὴν ἐφθεῖσαν ἐξ ὕψους χάριν.
Μὴ κατὰ μικρὸν γειτνιῶν ὁ δεσπότης
Ἡμᾶς πάλιν κάτωθεν ἑλκύσαι θέλει;


Obſtupeſiunt tanto beneficio, quod ipſis ex alto confertur.
Nonne Dominus, dum paullatim nobis appropinquat, iterum
Vult nos hinc ad ſe trahere ſurſum?

exprimens, iam την φρικην ſeu ſacrum horrorem, dei metuentiſſimum et redemtionis ſuae dignitatem animo ponderantem, quaſi viuis coloribus adumbrat.

V. 24. ἑλκυσαι) Reſpicit phraſis ad Ioan. XII, 32.



INDEX



INDEX

RERVM ET RARIORVM VOCABVLORVM IN CARMINIBVS PHILAE ET ANNOTATIONIBVS EDITORIS.



Numerus Romanus cum numero arabico significat carmen eiusque versum. Litera n. significat versui adiectam annotationem, praef. praefationem editoris in paragraphos distributam, et post numerum romanum prol. carminis notati prologum.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Panis

R.

S. Saccha-

S.

T.

Tro-

V.





